

A tionem fecere irritam. Unicus erat lacus, quem foris tenere Christiani; unde etiam non magno labore inclisus aquae ductus in urbem poterant rumpere. Id veriti Damasceni oppidani, hominem Assyrium, ad eum uisus diem Balduino fidum, pecunia corruerunt, ut suaderet regibus, in altera civitate parte oppugnationem tentare, quod ibi capti facilius videretur. Exercitus proinde in aliam urbem partem ducto, egressi oppidani Christianos a quatione intercluserunt, ita ut potens ille exercitus re infecta discedere fuerit coactus. *Cranz. l. 6. Saxo. c. 13.*

FRIGORE, ÆSTU.

Tegeatæ in facris Clarii Jovis occupati, cum Lacedæmonios fines suos invasisse audirent, eosque frigore graviter laborare, propter copiosam de cælo nivem effusam: clam illis ignes accenderunt, iisque fortiter armis arceps, hostes frigore torpentes nullo negotio superarunt. *Pausanias l. 9. in Arcadici.*

Metellus in Hispania adversus Hirculejum, cum ille orientis protinus die instructam aciem vallo ejus admovisset, servidissimo tunc tempore anni, intra castra suos continuit in horam diei sextam: atque ita defatigatos æstu, facile integris & recentibus vicis suorum viribus. *Front. l. 2. c. 1.*

Cimbri a C. Mario ad Vercellas magna sunt affecti strage. Sylla scribit, profuisse Romanis calores, solemque Cymbroium oculis objectum. Qui enim facillimè algores tolerabant in locis altis opacis & gelidis, succumbebant æstui. Manabant multo sudore corpora anhelantibus, ac scuta oculis praecebebant: quippe hæc post solstitium æstivum commissa est pugna, quem diem festum Romani tertio Cal. Aug. agunt. Ubi quoque ad animum excitandum pulvis, qui abscondebatur hostes, Romanis fuit: quippe non praeviderent ex longinquo multitudinem eorum, sed in adversos cursu quique de laerant, ante dimicaverunt cum hostibus cominus, quam ulla fuissent tepidatione percussu. Adæo autem obdurerunt occalluerantque horum corpora ad labores, ut tanto in æstu & acri concursu nec sudare nec spirare quemquam cererent Romanorum. Quod ipsum perhibent Catulum in laudem militum suorum scripsisse. *Pul. in Mario.*

Gothi Tervingi, Valentin Imper. in Thracia magna clade affectum interfecerunt, cum campis circumjacentibus ignem de dña opera intulissent, & militum Romanum calore æstivo debilitasset, & inedia, in multum diem dilata pugna. *Sigon. l. 8. imp. occid.*

Amurathes III. Turcorum rex, Asia præfectos rebelles in ordinem coactus, cum æstatis esset tempus servidissimum, Eriæque venti ab Occidente spirarent, suorum ordines ita disposuit, ut ventum à tergo haberet prællantes. Hinc percipit prælium inibat, ubi hostium acies erat consentissima æruens, & quam fortissimè pugnant. Tandem post accipit Martis alcam, fugatis hostibus, victoriam obtinuit. *Cbalcondylas l. 1.*

M O R B I S.

Vide Tit. Commentum hostium corrumpere.

Naas rex Ammonitarum, ut Israelitas ad pugnandum rederet intulit, dextros oculos illis erueret voluit. *1. Regum 11. & Joseph. Antiquit. l. 6. c. 5.*

Alberto I. Cæsare in Boemiam contra Venceslaum IV. regem ducente, antecessores Germani, qui prædæ causa Cæsaris castra sequebantur, ad argenti fodinas Cuthnenses prædantur abierunt. At Metallarii, corrupto forcia & aliis purgamentis metallicis Pachso fluvio, magnam hominum & equorum stragem edidit. *Dubravini l. 18.*

VOLUPTATIBUS, CRAPULA, VENERE.

Vide infra Tit. Hostem abitu simulato opprimere fecerunt. Vbi exempla eorum, qui castra alimentis referta hostibus esse loco obsecere, reperies. Item Tit. Hostes ne rebelent, in officio continere.

ROBUR HOSTIUM

IMPEDIRE.

SPLENDORE, PULVERE, VENTO.

GRANDINE HOSTIUM

OFFICERE.

Timoleon Corinchius ventum & grandinem Cathaginensibus opposuit. *Plut. in Timoleone.*

Hannibal apud Cannas, cum compersisset Vulturum amnem ultra reliquorum naturam fluminum ingentes auras ma-

nè perflare, quæ arenarum & pulveris vortices agerent; sic E direxit aciem, ut tota vis à tergo suis, Romanis in ora & oculos incidere. Quibus incommodis mirè hosti adversantibus, illam memorabilem adeptus est victoriam. *Front. l. 2. c. 2. & Val. l. 7. c. 4.*

L. Paulus Æmilius cum Perseo dimicaturus, tantisper moratus, dum Sol vergeret in occasum circumactus, ne lumen Solis, quod erat suis ex adverso matutino tempore, oculos eorum perfringeret; sedens in tabernaculo suo, quod campos & hostium castra spectabat, terebat tempus. Inclinato tandem in vespertinam die, cum hoste congressus hora nona, ante decimam eum profugavit. *Plut. in Emilio.*

Cn. Pompejus contra Mithridatem noctu sic constituit aciem, ut Ponticorum quidem oculos adversa luna perfringeret, suis autem illustraret & conspicuum præberet hostem. *Front. l. 2. c. 1.*

Cum Q. Sertorius Characitanos Hispania populos, in antris petrarum Aquiloni objectis habitantibus, obsideret, nec videret, quo pacto eos expugnare posset, cum nulla parte loci præberet accessum: vim pulveris videt à vento Cæci in illos ex argillo limo suffulsi, qui adulta æstate invalescente, Septentrionalique colligentes coalescens glacie, graffissimus aspirabat, illoque & armenta eorum interdiu reicillabat. Id Sertorius advertens, nihilibus imperat, ut spongiosa & cineritæ telluris avellant fragmenta, comportataque ex opposito collis in tumulum excitent: quam aggeris Barbari in se esse molitionem rati, irridebant eum. Ac tunc quidem, cum ad noctem usque in opere perseverasset milites, reduxit eos in castra. Ubi diluxit, primum mollis aspiravit aura congestæ terra, levissimum velut scrobem movens diffundens. Mox acri cum sole increbrescente vento, cum colles pulvere implerentur: intenti milites cumulum ab imo subruerunt, concideruntque limum: alicui equos sursum deorsum egerunt, ad excitandam raram tellurem, atque in sublime vento dandam. Qui excipiens, quicquid communium esset, & ferretur in aera, in Barbarorum consuebat adificia in Cæciam foribus observat. Ita Barbarorum oculis citò offusa caligo est, citò suffocante anhelatione correpti fluit, asperam multoque committam pulvere haurientes auram. Itaque cum ægrè duos dies sustinissent, tertio dedicationem fecere, non tantum viribus Sertorium, quantum gloria cumulantes: quod armis inexpugnabilia, consecrasset gloriam. *Plut. in Sertorio.*

C. Marius contra Cimbrota ordinavit suorum aciem, ut adverso sole, & vento & pulvere barbarorum occuparet exercitus. Sciebat enim, eos glaciem ac nives perferre posse, æstum & solem non item. Agebatur mensis Augustus. Ceciderunt itaque Barbarorum centum & viginti milia, vicique capti ad sexaginta milia. *Polyæn. l. 8. Front. l. 2. c. 2. & Plut. in Mario.*

Henricus Vandalis princeps Christianus, contra rebelles idololatræ viribus longè inferior prælium iniurus, auxiliis Saxonum instructus, Sole jam occidente, & hostium oculos perfringente, victoriam obtinuit amplissimam. *Cranzius l. 3. Vandalis, c. 20.*

Lubecensis Frederici II. Imp. auspiciis Danorum jugum excussere. Ad Mericam in Bornehovede, die festo divæ Magdalene, prælio commisso, victi Dani, cum Teuronum industria solem adversum haberent, & radiis hebetati cæcutirent, ajunt, Germanis B. Magdalenam opposuisse nubem. *Cranzius l. 7. Vandalis, c. 8.*

Angli Gallis ad Cresicium solem objecerunt, cujus splendore oculi Gallorum sic perfricti fuerunt, ut clade funestissima ab Anglis affecti sint. *Emil. l. 9.*

Navalibus prælis Veneti contra Genuenses vivæ calis corbes ad obtinendum vim superne dejecerunt in hostium naves. *Sab. l. 1. Dec. 3.*

IGNI HOSTES

AVERTERE.

Alcibiades contra Syracusios aciem instruebat. Erat inter exercitus filix arida coactio. Vento ingruente procelloso, qui Atheniensibus à tergo spirabat, hostibus à facie, incensa filice, fumoque & igni in Syracusiorum oculos delato, magnam eorum fugam effecit. *Front. l. 2. c. 11.*

Nicias Atheniensis muro Syracusios circumdare parabat. Cum autem ex renibus graviter decumberet, Lamachum collegam Nicias equites Syracusiani circumventum trucidaverit.

ANIMALIUM IMPETU, AUXILIO

HOSTES DOMARE.

Nisibenses, cum obsiderentur à Sapore Persarum rege, Jacobus Nisibensis Episcopus, precibus à Deo ex turte quadam innumerabilem multitudinem crabronum, & culicum imperavit, quibus elephantum & jumenta in furorem acta, & totus exercitus hostium in turpen fugam coactus est. *Theodoreus l. 1. c. 7. & l. 2. c. 10.*

LAQUEIS IRRETIRE, PEPLIS

IMPEDIRE.

Eo bello quod Mityleni de Achillitidis, seu Troadis, seu Sigæ agro cum Atheniensibus habuere, Pittacus Imp. factus singulari certamine cum Phyrone Atheniensium duce congressus est. Qui cum esset valido corpore, fertur habuisse Pittacus rete sub clypeo occultum, quo, medio certamine, hostem minus ad tales insidias cautum, subito jactu implicitum peremit. *Sabell. lib. 5. Em. 2. ex Strab. lib. 13. & Polyæno lib. 1.*

Hegesippus scribit, Alanis morem esse, in prælio jacere laqueos, atque ita hostem innectere. *Bonfinus libro 2. Decadis 2.*

Sagartii Persæ, equitandi arte celebres, restes è loris secum vehunt, iisque hostes illaqueant & consiciunt. *Herodotus lib. 7.*

Apud Finnos Septentrionales retiariorum ars contra Mofcovitarum latrocinia in usu est frequenti. Namque retibus in sublimi jactis, capita hostium, vel equorum involvunt, & ad se pertrahunt. Sunt etiam, qui resti oblongo lapidem vel globulum plumbeum alligant, coque oblique coctore, vel pedes, vel brachia, vel corpus hostis arreptum violento ad se pertrahunt. *Olani l. 11. c. 13.*

Jo. Ziica Boemorum dux, circumventus ab hostium equitatu in locis asperis, ubi nonnisi certamen pedestre committi poterat: jussit milites projicere peplis in terram: quibus impliciti per calcaria equites, prius oppressi sunt, quam pedes expedire valeret. *Æneas Sylv. c. 40. hist. Boem.*

LUBRICITATE HOSTES AD

LAPSUM REDIGERE.

Judæi in oppugnatione Jotapæ Romanos per scalas ascendentes, mucilage fenugræci, & similitum viscosarum rerum decoctis effusis, præcipites ferri cogebant. *Iseseph de bello Iud.*

In portu Veneris, Oppidani ab Aragoniorum classe oppugnati, auctore Frandaja prædone insigni, scopulos laxaque de industria, ad exiliendum in littore antiquitus collocata multo ceno consperferunt, ita ut milites saltu incitato desilire properantes, labentibus extemplo vestigiis, in mare, interque eminentes petras, cum summa propugnaculum voluptate & multo omnium risu, præpedientibus armis laberentur. *Jovius l. 1. Hist.*

Bellis navalibus inter Genuenses & Venetos, demittebantur olim ex summis propugnaculis in hostium naves testæ olei bitumine densatæ: quibus fractis, ita omnia loca redderentur lubrica, ut nemo suo vestigio posset consistere. *Sabell. l. 1. Dec. 3.*

SCROBIBUS, FOSSIS HOSTES

IMPEDIRE.

Hunni Albi, cum bello peterentur à Peroze Persarum rege, profundam fossam calamis constraverunt: supernè, terra injecta intra eam se continuerunt, paucis emissis, qui hosti occurrerent, ac mox fuga facta, per angustias sibi notas evaderent. Persæ eos insecti, universi cum rege Peroza & filiis in voragine incidentes perierunt. *Cedrenus in vita Zenonis.*

Henricum Francæ Carolus Crassus Augustus cum copiis ad tarandam Franciam Partios miserat. Normanni Lovanio, quod oppidum captum obtinebant, profecti, Lutetiam oppugnant, erumpentemque Henricum de industria cedentes longius eluere. Impudens in cæcis fossis, quas levi materia terraque superfrita contexerant, corruens, superventum hostium oppressus est. *Æmilius l. 3. & Avent. l. 5.*

Dornonem Curetum regem Frotho Danorum rex frustra oblidebat. Ad dolum igitur convensus, profundas fossas intra castra fieri, latenterque per corbes humum egeri, & in fluvium dejici jussit, & scrobes crebro cespite textit. Mox simulato metu, castra deserere cepit. Fugientibus imminentes oppidanos, passimque elusis vestigiis in foveas provolutos, ingestsis jaculis confixit. *Saxo l. 2.*

A vere: & mox ad murum Atheniensium, in quo detitutus præsidio Nicias erat, erati perrexerunt. In necessitate tamen excusatus, cum animadverteret discrimen, jussit illis, qui circa ipsum erant, omnem materiam, quæ pro muro ad machinas excitandas jacebat comparata, ipsaque machinas subiecto ogni incendere. Hoc repressit Syracusanos, Niciam verò & muros & stipendium Atheniensium protexit. *Plut. in Nicia, & Polyæn. l. 1.*

Demetrius adversus Lacedæmonios castrametabatur. Utroque in medio interpositus mons Arcadiæ Lycaeus à se mutuo separabat Macedones non vacabant metu, quod ejus montis peritiam non haberent. Cum Boreas secundo flatu in hostes ferretur, Demetrius subiectis ignibus sylvam incendit. Flamma cum impetu & fumo in Lacedæmonios irruens, omnes avertēbat. At Demetrii milites instantes, furore ac ferro Lacedæmonios superarunt. *Polyæn. l. 4.*

Oxonienfes Angli obiecti à fallo Ricardo Eboracense anno 1498. cum is portis infringendis fluderet, & ignem subijceret, jam ignem arcedum rati, ligna fractis jam portarum claustris ad incendium addiderunt; quò flamma Burringue erumpens, ac omnem aditum occupans, perinde hostem ingressu, atque suos exitu prohiberet: ipsi interim fossas, aliaque intus pro foribus munitiones fecerunt. *Polydorus l. 26.*

AQUA HOSTES CIRCUMVENIRE.

Vide infra Tit. Castris hostem exuere.

Quin Andreas Ungariæ rex & Christianæ militiæ in Palestinam Imperator, expugnata Damiatà ad Nilum urbe, Cayrum & Babylonem, quò se Soldanus receperat, obsideret: Sultanus Melchehelechem Nilum sub Babylone & Cayro altioribus solito ripis coarctavit, & quum paucis post diebus ille opinione citius innumisisset, extemplo defossis utrinque ripis, inundationem amnis in hostium castra derivavit. Effunditur diluvii more fluvius, & altius altitudine cubiti cuncta superat; ex quo intolerabile Christianis demerimentum illatum fuit, ut ad extremam redacti angustias, his conditionibus pacem ab hoste retulerint: ut Damiatam Soldano restituerent, contra ille Crucis partem Andree redderet: liberarentur utrinque captivi, Christiani Tyrum & Adonem redirent. *Bonfin. l. 7. Dec. 2. & Æmilius, & Fulgos. l. 7. c. 4.*

Aquinus quidam, paterna necis injuriam persequens, bellum Ingoni Norvegiarum regi intulerat, auxilio & instinctu nepotum Ingonis, regnum ad se pertrahere cupientium. Verum plurimis prælis victus, Svecliam petiit. Sub brumam rediens, levibus præis hostem læcessit, glaciali pugna Ingonis polemarcho profugos premente; illi paulatim cedentes in glaciem, quam proxima nocte incidantem, provocant insequentes: ibique pugnant, armis & jumentis graves subsidente glacie perire. Rex hostes magno exercitu interclusurus, gelato mari sese ausus credere, processit in pugnam. Ibi ruitus glacie armatorem pondere subsidente rex perit, & omnis flos Norvegiæ, ut vix nobilitatis vestigia remanserunt. *Cranzius l. 5. Norveg. c. 9. ex Saxoniis l. 14.*

Eduardus Baliolus Scotiae rex castellum in lacu Levino oblidebat. Cæterum quia parùm proficiebat, os fluminis è lacu prodeuntis aggeribus objectis obstruxere, quo retenta tanta aqua vi, inundatione castellum submergeretur. Interea cum exercitus dux Joannes Strivelein religionis gratia, assumpta exercitus parte majori, Dumfermlin profectus, tantummodo ad obsidendum, quantum satis esset, milium reliqueret: Alanus præsidii præfectus, assumptis aliquot sociis, media nocte tribus scapis ad aggerem appellens, quanto potuit silentio molem perdidit, dictoque citius in castellum repetiit. Sensim ex perfluente aqua foramine aucto, sub auram disjectis aggeribus, omnis in circumjacentes campos, ubi castrametati erant, aqua perfluxit, ac prius quam perituros cognovissent aggeres, pars exercitus cum impedimentis ac equis, aliique jumentis aquæ impetu in mare rapta perit. Creditor sanctus Servanus, pars exercitus cum impedimentis ac equis, aliique jumentis aquæ impetu in mare rapta perit. Creditor sanctus Servanus, pars exercitus cum impedimentis ac equis, aliique jumentis aquæ impetu in mare rapta perit. *Front. l. 2. c. 11.*

Alanus præsidii præfectus, assumptis aliquot sociis, media nocte tribus scapis ad aggerem appellens, quanto potuit silentio molem perdidit, dictoque citius in castellum repetiit. Sensim ex perfluente aqua foramine aucto, sub auram disjectis aggeribus, omnis in circumjacentes campos, ubi castrametati erant, aqua perfluxit, ac prius quam perituros cognovissent aggeres, pars exercitus cum impedimentis ac equis, aliique jumentis aquæ impetu in mare rapta perit. *Front. l. 2. c. 11.*

Alanus præsidii præfectus, assumptis aliquot sociis, media nocte tribus scapis ad aggerem appellens, quanto potuit silentio molem perdidit, dictoque citius in castellum repetiit. Sensim ex perfluente aqua foramine aucto, sub auram disjectis aggeribus, omnis in circumjacentes campos, ubi castrametati erant, aqua perfluxit, ac prius quam perituros cognovissent aggeres, pars exercitus cum impedimentis ac equis, aliique jumentis aquæ impetu in mare rapta perit. *Front. l. 2. c. 11.*



LOCI OPPORTUNITATE HOSTES

SUSTINERE: NE CIRCUMDARE NOS possint, providere.

Consule supra Tit. Vallo arce hostes. Illic securitatis nostra habetur ratio, hic impetus hostilis, quem eludimus.

Datis & Athaphernes Darii duces cum .c.m. peditum .xx. equitum in campum Marathonæ, qui abest Athenis circiter .xx. passuum, descenderant. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno perterriti, auxilium nusquam nisi à Lacedæmoniiis petiverunt: Philippidemque curiorem ejus generis, qui Hemerodromi vocantur, Lacedæmonem miserunt, ut nunciaret, quam celeri opus esset auxilio. Domi autem creati decem Prætores, qui exercitum præfissent: in eis Miltiades Cimonis F. Inter quos magna fuit contentio, utram urbem maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent. Id si factum esset, & civibus animum accessurum, cum viderent de eorum virtute non desperari: & hostes eadem re fore tardiores, si animadvertent, audere adversus se tam exiguis copiis dimicare. Hoc tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit, præter Platæensem: ac mille militum. Itaque horum adventu, decem millia armatorum completa sunt: quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est, ut plus quam collegæ, Miltiades valuerit. Ejus enim auctoritate impulsu Athenienses, copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis radicibus, acie à regione instructa, nova arte, vi summa prælium commiserunt. Namque arbores multis locis erant raris, hoc consilio, ut & montium regerentur altitudine, & arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etsi non locum æquum videbat suis: tamen fretus numero copiarum suarum, consilium cupiebat: còque magis, quòd prius quam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Ceterum prælio commisso, tantò plus virtute valuerunt Athenienses, ut decuplicem numerum hostium profigaret; adeoque perterriturunt, ut Persæ non castra, sed naves peterent. Qua pugna nihil adhuc est nobis: Nulla enim unquam tam exigua manus, tantas opes præstavit. Probus in Miltiade.

Lacedæmonii .ccc. (duce Leonida) contra innumerabilem multitudinem Persarum Thermopylas occupaverant: quorum angustie non amplius quam parem numerum cominus pugnaturum poterant admittre: eaque ratione (quantum ad congressus facultatem) æquati numero Barbarorum, virtute autem præstantes, magnam eorum partem occiderunt, nec superati forent, nisi per proditorem Ephialtem Trachinicum circumductus hostis, at tergo eos oppressisset. Front. l. 2. c. 2. & Polyen. l. 10.

Nectanabis rex Ægyptius, ab alio rege Mendefio in quodam oppido obsidebatur. Agefilaus cum suis crebrat apud Nectanabium. Possam hostes fors altam circumducebant muro, ut undequaque eos includerent. Ubi fossæ in se recurrentes & ambientes in orbem oppidum penè conjunctæ extremitates fuerunt, expectavit Agefilaus tenebras: jussitque arma capere Græcis, profectus ad Ægyptium: Tempus adolecens, inquit, saluti hoc est, quod ego, ne corrumpere id, non antè declaravi, quam venisset. Quam verò ipsi nobis hostes suis manibus securitatem paraverunt, tanta ducta fossa: cujus quod est abolutum, illorum est multitudo: obstatulo intermissum, copiam facit pari numero & justo modo cum iis dimicandi: Agè nunc, præsta te virum fortem, nolque cursu sequens, serva temeripium & exercitum. Neque enim frons nos sustinebit hostium, & ceteri impediti fossa, non ledent. Nectanabis forsariam Agefilai admiratus est: atque inter media Græcorum arma sese collocans in hostes ruit, pepulitque faciliè eos qui ipsum exciperent. Ursemel sidem accepit apud Nectanabium Agefilaus, eadem fallacia tanquam lucta hostes adorsus est: modo enim subterfugiens attrahensque illos, modo infestis insignis huc illic movens, colluviem eam conjecit in molem, quæ alta habebat incles, quibus ex utraque parte præterfugebat aqua. Hujus obstructo medio, & fronte aciei (sæ occupato, æquavit numero hostes, qui manus erant confertur), ademitque ejus circumcurrendi & circumfundendi se facultatem. Itaque cum non diu resistissent, profugati sunt. Multi ceciderunt. Alii fuga dispersi & dilapsi. Ex eo Ægypti res in bono &

stabilis ad securitatem statu fuit. Plut. in Agefilao, & Apo. E. pb. & Diod. Sic. l. 15.

Alexander Magnus cum Granicum transisset, Persis ex præcellis & altissimis locis apparentibus, ipse Macedonibus juxta fluvium reductis, supra caput eorum evasit: Phalax autem hostes aggressa, in fugam convertit. Polyæmus l. 4.

Cleandridas Thuriorum dux, superatis prælio Leucanis, post victoriam Thuriis ad pugna locum duxit: ostendens eos, quoniam in eodem loco perterriti, idcirco victoria positos esse. Hostibus verò à se mutò prostratis, ob eam causam hoc accidisse, quòd non in suis locis permansissent, sed distracti fuissent. Hæc illo commotior, apparuerunt Leucani, longè majorem exercitum habentes. Qui à planicie in arcum & angulum suas copias deduxit, ut multitudinem hostium inuilem reddens, pares & æquales milites in angustia loci ad periculum subeundum efficeret. Atque iterum de Leucanis victoriam Thuriis pepererunt. Polyæmus l. 2.

Xanthippus Lacedæmonius, sola loci commutatione fortunam Punici belli convertit. Nam cum desperantis jam Carthaginiensibus, animadvertisset Afros, qui equitatu & elephantis præstant, colles sectari: à Romanis autem, quorum robur in pedibus erat, campestris teneti: Pænos in planam deduxit: ubi per Elephantos dispersis ordinibus Romanorum, sparsos milites per Numidas persecutus, eorum exercitum fudit, in illam diem teræ marique victorem. Front. l. 2. cap. 2.

M. Curius, qui phalangi regis Pyrrhi explicitè resisti non posse animadvertibat, dedit operam, ut in angustis confugeret, ubi conferta sibi ipsi esset impedimento. Front. lib. 2. capite 2.

Cn. Pompejus in Cappadocia elegit locum castris editum, unde adjuvante proclivi impetu militum, faciliè ipso decursu Mithridatem superavit. Idem.

C. Cæsar, adversus Pharnacem Mithridatis filium dimicaturus, in colle instruxit aciem. Pila ex edito in subeuntes Barbaros emissa, protinus eos averterunt. Idem.

L. Lucullus adversus Mithridatem & Tigranem, in Armenia majore, apud Tigranocertam dimicaturus, collis proximi planum verticem rapitum cum copiarum parte adersit, in subiectos hostes decurrit, & equitatu eorum à latere invasit, aversumque, & eorumdem partem perturbantem insequutus, clarissimam victoriam retulit. Idem.

Hannibal, apud Numifironem contra M. Marcellum pugnaturus, cavas & præruptas vias obiect à latere, ipsaque loci natura pro munimentis usus, clarissimum duceim vicit. Front. lib. 2. cap. 2.

Fl. Fimbria, in Asia apud Hildinacum adversus filium Mithridatis pugnaturus, brachiis à latere ductis, deinde fossa in fronte percussa, quietum in vallo militem tenuit, donec hostiis equitatus inturare angustias munimentorum: tunc eruptione facta, sex millia eorum cecidit. Front. lib. 2. capite 17.

Iberi in Africa ingenti hostium multitudine excepti, timetisque, ne circumvenirentur, applicuerunt se flumini, quod altis in ea regione ripis profuiebat. Qui ita à tergo amine defensi, & subinde cum præterant, incurando in proximos, omnem hostium exercitum straverunt. Front. l. 2. c. 2.

Carolus Martellus contra .ccc. millia Saracenorum pugnaturus, ne multitudine Saracenorum circumveniretur, ad Ligerim fl. castra locavit. Emilius l. 2.

Paganus Auria, Genuensis classis præfectus, quo tempore H cum Venetis bellum gesserunt, ne ab hostium classe circumveniretur, & non nisi à fronte pugnare cogereetur, in Bosporum Thracicum navigavit, victoriaque illustri potius est. Fulg. l. 3. c. 2.

HOSTILEM EXERCITUM LOCO OPPORTUNO INCLUDERE

INCLUSOS DETINERE.

Vide Tit. Audaces reddere hostes fuga simlata, quatenus fugiendo in loca iniqua hostes præcipitantur. Item Tit. Adjuvamenta pugne exortica. Arbores, Aqua.

Seleucus, Demetrio sub collibus Tauri castrametante, metuens, ne clam Syriam versus discederet, Lyfiam cum magna Macedo-

A Macedonum manu in montes Amanias angustis impendentibus misit, qua profectioem loci facturus: mandans, ut plurimos ignes incenderent. Demetrius cum hæc loca præoccupata esse videret, à profectioe destitit. Polyæmus lib. 4.

Consules Rom. T. Veturius, & Pp. Posthumus Samnitium provinciam adepti, copias in hosticum eduxerunt. Samnites & ipsi Herennii Pontii ductu arma induerant, qui ad Caudium non multò post cum valido exercitu confedit. Mitur inde decem milites passuim habuit, qui pecus in conspectum Romani præsidii darent, captivæ, Samnitium legionem dicerent Luceriam in Apulia circumfedere. Romani consules castra ad Calatiam fecerant, apparetbatque ita futurum, ut Luceria in obsidione audita, continuò ad opem sociis ferendam occurreret. Milites pro pastoribus in castra adducti, quum de statu provincie appellati idem omnes dicerent, faciliè sidem fecere. Dux vie erant, una per horam superi maris, sed quòd tuior, eò magis proluxa: reliqua per Caudinas farcas. Salus duo sunt præditi, atque sylvestres, jugorum perpetuitate inter se juncti: hæc inter eos satis patens clausus in medio campus, herbidus, & aquis irriguus, per quem medium est iter. Huc aduentibus intranda sunt angustie: tum si retrò abire velis, aut eadem, qua te insinuaveris, via petenda est, aut per arctiorem impeditioremque saltum evadendum. Huc Romani consules temerè ingressi, quum ad ultiores angustias occupandas citato agmine irent, multa mole arborumque dejectu obseptas invenient fauces. Tum demum fraude hostium cognita, præsidium quoque in summo jugo conspiciunt. Convertit inde retrò cursum miles, eadem, qua venerat, in apertum evasurus. Hunc quoque auditum obice & armis oclusum, conspicuas fupore defixas constitit. Romani interim, post multos irritos ad erumpendum conatus, quia super alia mala inopia rerum omnium premebantur, ad hostes mittunt, qui pacem peterent: quam si aquam impetrare non possent, hostem ad pugnam provocarent. Pontius debellatum esse respondit, inermes cum singulis vestimentis sub jugum se Romanos missurum: conditiones pacis fore, ut Samnitium finibus Romani decederet, colonias abduceret. Suis inde legibus Romani Samnitesque viverent. Si quid eorum displiceret, venit legatos ad se redire. Consules in colloquium cum Pontio venerunt. Ibi negantes fides ullum fieri posse injuria populi Romani, sponsonem rem transferunt, fore ut statum convensit. Consulles sponsonem, Præfeci, Legati, Questores, Tribuni militum. Sponsonem nomina monumentis literarum postea extiterunt. Sexcenti præterea equites obides dati, qui capite luertent, si pacto non statuerent. Consulles licet abire jussis, paludamentisque exiit, semimidi sub jugum missi. A quo indigno spectaculo milites non aliter averterunt oculos, quam à scelere aliquo atrocissimo. Tum ut gradu quisque proximus erat, ita fuit ignominia subiectus. Ipse deinceps legiones. Circumstant armati exprobrantes, convitiisque facientes singulis, quibusdam etiam ferrum intentatum, vulnerati etiam atque interfecti nonnulli, qui contumaciore vultu hostem respexissent. Atque in hunc modum Romanos exercitus ad Caudium, loco- rum iniquitate non virtute hostium, subjugati contigit. Sab. lib. 5. Ennead. 4.

Bello Punico secundo Galli Boji, L. Posthumium consulem hostes per Litaniam sylvam ducturum, succis juxta viam utrinque arboribus, atque ita librat, ut minimo impulsu subbitam traherent ruinam, ubi ingressum viderunt, impulsis arboribus, miserabili frage cum omnibus copiis oppresserunt. Ex quinque & viginri milibus hominum, vix decem numero, hostium manus effugerunt. Posthumii caput præcium Galli templo, quod ipsi sanctissimum fuit genti, intulerunt: quo purgato, clavam auro calarunt, idque sacrum vas illis fuit, quo solemmibus facris libarent. Sab. lib. 3. Enns. ex Livio, & Front. lib. 1. c. 6.

M. Craffo contra Parthos profecto, Ariamnes Arabs, Romanorum sese studiosius fingens, simulans sese via compendiosissima Seleucam Craffum perduciturum, in campos vastissimos, ubi pulvere & astu confecti, ab equitatu circumdati possent, à flumine & montuosos locos deduxit, ubi à Surena duce Parthorum ferèdè cæsus est. Plut. in Craffo.

Cantabri quum Medullis montis jura occupassent, quæ facilliter expugnari non poterant, Augustus Cæsar ipsum montem fossa & vallo quindecim milliarum obsidione circumdedit.

Quum verò oblessi extrema paterentur, dietinque ferè certarent, certi de suo interitu, quidam qui ferro cum hostibus agere non poterant, veneno sumpto, quod ex arboribus taxcis exprimitur (quarum arborum in iplo monte copia magna est) mortem sibi consciverunt: sique illorum pars maxima oblesorum à captivitate, quæ imminere videbatur, subtracha est. Duravique bellum hoc per annos quatuor, ut placet Orofio, & Lucio Floro.

Julianus Cæsar, Castellum oppidum, quod Mofa fluvium ambit, à Francis occupatum, circumfedit, per Decembrem & Januariam mensem: veritusque, ne hostes, observata nocte illuni, conglaciatum amnem pervaderent, quotidie à sole in vesperam versò usque ad lucis principium litortis navibus discurrentes flumen ultro citroque milites disposuit, qui crustas pruinarum diffingerent, ne quis erumperet. Atque ita inedia, vigiliis & desperatione ad dedicationem adegit, eosque ad comitatum Constantini Augusti misit. Sigon. lib. 6. Imp. peris occid.

Dum Maximus Aquileje obsideretur, Franci Genobaldo, Marcomere & Sunone ducibus, superato Rheni limite, fertiles pagos depopulati, Agrippinæ etiam Colonie terrorem incussere. Nannienus & Quintinus militie magistri, quibus Maximus Victoris filii pueritiam & Galliarum defensionem commiserat, collocatis apud Carbonariam signis, plerisque delevit. Consilii inde, num transeundum esset in Franciam, initis, Nannienus, ea re improbata, Moguntiacum rediit. Quintinus exercitu circa Nivium castellum Rhenum transgressus, secundis à fluvio castris catas habitatoribus vacuas, atque ingentes vicos destitutos offendit (Franci enim simulato metu se in remotiores saltus receperant, caudicibus per extrema sylvarum objectis) atque universis domibus exiit, milites per noctem sub armis tenuit: prima verò luce saltum ingressus, usque ad meridiem tramitum se erroribus implicans, totum perstravit. Tandem cum ingentibus septis clausa omnia reperisset, in palustres campos, qui sylvis jungebantur, evasit. Molientibus hostium rari apparere: qui, conjunctis arborum truncis superstantes, velut è fastigiis turrium, sagittas tormentorum more effudere, illas herbarum venenis, ut vulnera summe cuti, & non lethalius locis inficla, hand dubias mortes adducerent. Inde majori multitudine hostium circumfusis exercitus, in apertos campos, quos liberos Franci reliquerant, avidè effusus est: ac primis equites voraginibus immerfi, permixtis hominum juveniorumque corporibus ruina invicem suorum oppressi sunt. Pedites autem, quos nulla onera equorum calcaverant, impliciti limo, ægrè explicantes gressum, rursus se sylvis trepidantes abdebant. Perturbatis ergo ordinibus cæsa legionis, Heraclio Jovianorum tribuno, ac penè omnibus, qui militibus præerant, interfectis, paucis effugium tuum nox & sylvarum latibula præstitere. Sigon. lib. 9. Imp. occid.

Stilico Honorii Imp. focer, cum videret, se Radagaifo Scythæ, ducenta amplius millia hominum secum trahenti, impunè ac sine ingentis cladis periculo obviam ire in campis Venetie Æmilie non posse, nullo loco se eis obiect. Ubi verò ipsum Hetruriam, quæ montibus altissimis & vallibus angustissimis impedita est, ingressum conspexit, cum civitatem Florentie ei opposuit, tum ipse cum suis à tergo incubuit, ac loci iniquitate paucitatem eorum adjuvit. Hæc Stilico præter Italos firmam Alanorum & Hunnorum manum, mercede militari ascitam: quorum duces erant Satus, & Hudin. Quare cum Radagaifum Florentie obsidione implicitum, ac montibus undique septum, in saltibus Apennini teneri audiret, neque copiam habere aciei explicandæ & dilatandæ ad pugnam exercitus cerneret, continuò ad eum cum suis, licet longè numero inferioribus, advolvit: ac statim tanta felicitate, atque adeo certa divini numinis præsentia, dimicavit, ut salvis omnibus suis, barbarorum amplius centum millia straverit. Radagaifus tanta clade accepta pavidus, sese cum reliquis exercitus in collem Fesulanum recepit: quem cum incultum, & aridum, neque ad tantam recipiendam multitudinem aptum reperisset, statim in magnas rerum angustias lapsus est. Nam Stilico ad obsidionem convertus, neque hominem quenquam inde evadere, neque aliquid eò importari commeatu esse passus. Itaque ubi se neque prælio confingere, neque diu ibi propter penuriam sustinere, neque aliunde venire subsidium posse cognovit, clam fugam arripuit: & cum in manus militum Stiliconis incidisset, captus & cum filiis obrutatus est: Barbari omnes in dedicationem se tradiderunt, & tanquam pecudes, singu-



A singuli greges pro multitudine capium singulis aureis varientur. Verum & hi, morbo ex inedia diuturnitate, ciborumque vitiositate contracto, paucis post diebus omnes extincti sunt. Orosius, & Prosper, Sigonius lib. 10. accid. Imp.

Bathus, Tartarorum dux, exilia Vacia oppido, ad Savum fluvium, conspectis Bela regis Hungarorum copiis, suas ex altera parte ripae opposuit. Interea vero clam centum millia Tartarorum flumen (reperio vado, longius a castris temore) traiecerunt, Hungarorum a tergo invaserunt. Bathus vicissim nube telorum pulso praesidio, & pontibus transitis, a fronte quoque ingrebat. Sed utrobique majore corporis viriumque & animi robore Hungari cominus repugnabant. Redibat Bathus ad arcum, atque undique per latera quoque densis agminibus circumfusis, obruere telis Hungaros conabatur. At illi missa spicula, peltis suis, quibus praeter hastas armantur, excipiebant. Bathus ex desperatione hanc tam obstinatam ferociam Hungaris accidere sentiens, quoniam conclusi mortem se evadere desperant, laxari ordines, datique erumpendi illis facultatem iussit. Eam quicumque nacti erant, omnia pugnata, fugae mandantur, inter quos Rex ipse. Caesi optimi B quoque. Dux varius lib. 16.

Chyzaillanes Jocoii Sultanus, quum Manuelem Comnem Graecorum Imperatorem factionibus in diruendo Doryleo oppido fore non videret, Arabum ducem cum delecta ex omni exercitu mil. & xx. millium manu ablegat, ut ad mare usque omnes urbes & provincias vallet, ac nemini parcat: sibi que aquam marinam, renum & arenam apporet. Manuelem Joannem Barazem nepotem suum ad reprimendos Persas misit. Is ad Mandrum fluvium, quem redeuntes Persae traiecerant, exercitum in duas divisio partes, majorem in insidiis collocat, qua hostes transiret: alteram ultra fluvium juxta veterem pontem dispersam expectate, & turmas Turcarum cum captivis traiecturas invadere jubet. Cum vero Turci ex superiore loco telis petiti, in flumine mergerentur Arabacum cum fortissima cohorte cum Romanis congressus, ut etiam ultra flumen Romanos stare cognovit, in fugam versus occidit. Nicetas lib. 6.

Anno Christi 1462. Cal. Julii, Marchio Badensis Carolus, Georgius Episcopus Metensis, Joannes Episcopus Spirensis, Huldricus Comes Virmetbergensis, ingentem exercitum collegerant adversus Fridericum Palatinum Rheni. Ille popularium manu coacta, Heidelbergam cum equitatu in viciniam sylvam discessit, equorum omnium soles prius per fabros inventis, ut vestigia omnium civitatem versus spectarent, nulla retrorsum. Hostes in urbe inclusum opprimi posse sperabant, & in campum progressi Principes de urbe oppugnanda consilium inibant. Eos nihil minus timentes equitatu suo ex improvio circumdatos cepit: populares ex urbe procurrentes, undique disculos hostes memorabili victoria superarunt. Capros principes, & magna pecuniae vi redemptos, splendide exerceat convivio. Obsonia regali luxu illata, panis solus deceret. Causam rogatus Princeps, Vastaris vestra incurfione legitibus, respondit, quam rusticis meis eam & mihi injuriam intulistis. Dicite nunc subditorum sudoribus parere, quorum laboribus victum nostrum constare videtis. Nucleus.

Imp. Fridericus III. an. 1473. Christierno Danorum Regi gratificatus, Dhiemarsiam concessit, eumque extincto comitatu titulo Hostatiae & Sturmariae, Hostatiae & Dhiemarsiae ducem creavit. Dhiemarsium misere legatum, qui doceret, eam terram esse subiectam Ecclesiae Bremenii, suos praefectos mittere solite: efficitur nunciis, ut decerneretur citatio cum inhibitione ad regem de non se intrumittendo, plusquam res judicio decideret. Sed ea citatione populus, qui exilium pecuniam pro magno commodo effundere volebat, non profectus est. Christierno itaque cum successisset Joannes, maximis copiis ex Diana, Julia, Prissa, Hollandia, & praefertim Guardiae militibus Germanis (qui tunc invicti habebantur) conscriptis, in Dhiemarsios movit, anno 1500. tam certa spe victoria, ut pecuniam comparandis rebus ex praeda secum in zonis nonnulli portarent, una cum sigillis ad dandas literas, ubi pecunias expendissent. Equites splendidi ex Hostatiae Juliaeque & tota Dania tali luxu ibant in armis, quasi solet ad nuptias properari, omne secum aurum in marsupis ferentes. Dhiemarsii cessere in palustria, ea securitate, ut in villa Vvintberg nuptias peragerent, quum primi agminis hostes adventarent. Cum ex Prissio captivo cognovissent, quo itinere hostes ingressuri essent, nocte fodientes vallum opposuere per lutosissima itinera venturis. Ibi aliquot hominum millia ter-

vavere excubias. Praecessere pedites Guardiae ad tria penae milia, cum civibus & agricolis majori numero. Sequitur agmen equitum tam certam praesentium victoriam, ut caros quoque post se venire jubere. Lutosum ac profundum iter, ex lateribus septum grandibus fossis evadit ad gena, turbavit equites, in solidum & apertum vadere tentantes. Dies erat nebulosa, pluvia grandine mixta, ventis saevientibus. Terra crebris fossis intercisa non sinebat agmen extendere, aut excursionem facere. Regia tormenta jam erant collocata: sed pluvia cum ventis impediende, emitti globi non poterant. Sed quum ambiri se ab hostibus cernerent Dhiemarsii, pauci egressi, non plures trecentis (aut ad summum quadringentis) pugnam conferere adversus tot millia, luto, frigore & angustio loco constrictorum. Auxere aquam cataractis apertis, ut fossarum nullam jam videretur discrimen. Multis percunctibus, primi ex Guardia pedites fugam inviere. Tum amici animis Dhiemarsii, in reliquam stantium manum, collectissimi ex urbis & agris, seivere ad interuonem. Equites, a fronte pedibus caesis, a tergo curibus conclusi, utriusque fossis inclusi, stabant immobiles. Circumfusi Dhiemarsii ex latere, lanceis ac sagittis primum equos vulneravere. Jumentata ex vulnere seviunt, proculcant, desiciunt secessores. Principes ipsi cum paucis, incertum quomodo, elapsi sunt. Incredible est, quantam trium horarum spatio eadem Dhiemarsii peregerint, sed major pars inventa est sine vulnere: quae res declarabat aequis demeris quam plurimos. Peditem aliquot millia contumelata a Dhiemarsii, sed equitibus hoc negatum. Inter caeteros fuere duo Comites de Oldemburg, Adolphus & Otho, milites plurimi, militares sine numero. Flos ipse Hostatiae militiae perit. Crantzius lib. 12. cap. 12. & lib. 13. c. 25. & seq.

HOSTES DIVERSIS LOCIS AGGREDI.

Ex Tit. Andaces reddere hostes fuga simulata, huc quaedam, quatenus in insidiis deducit, circumventi, a fronte atque a tergo pugnare coguntur.

Chabrias ad hostilem urbem appellens, noctu scutatos egredi fecit. Ipse vero prima luce ad portum navigabat, longe ab urbe diffusum. Cives excurrerant, ut e navibus egredi prohiberent. Scutarii vero ex insidiis impetentes a tergo, quosdam ex iis occiderunt, & quibusdam captis vivis, iterum in naves ingressi solverunt. Polyen. lib. 3.

Diotimus sub noctem in hostilem terram navigans, ab unaquaque navi plurimis vitis expositis, eos in insidiis occultavit. Summo mane iuxta eos, qui in insidiis latebant, naves movebat, mandans iis qui erant in catarromatibus, ut se ad pugnam accingerent: remigibus vero, ut vicissim nunc infimos, nunc medios, nunc summos remos agerent: & quosdam scaphas ad terram adducere conabatur. Hostes occurrentes, egredi prohibebant. Illo sigum, de quo convenerat, tollente, milites ex insidiis surgentes, multos hostium occiderunt, reliquos in fugam pepulerunt. Hoc pacto Diotimus sine periculo milites exposuit. Polyen. lib. 5.

Hicias sub noctem adnavigans Corinthiam, ubi Solyges colis est, ibi egredi iussit Atheniensium armatos, & mille aliis alibi in insidiis collocatis, abnavigavit. Rufus altero die sub primam lucem adnavigavit. Corinthii summo studio excurrentes, prohibere voluerunt, ne egrederentur. At qui in insidiis latebant, consurgentes, maximam partem ex illis occiderunt. Polyen. lib. 1.

Persae ad Thermopylas Leonidam regem cum ece. Spartanis caeciderunt in angustiis: cum illos etiam a tergo, monstrato per montium summitates calle, ab Ephialte Trachinio proditore, invasissent. Herodotus.

Q. Fabius Rustilius Maximus, quarto consulatu in Samnitio, omni modo frustra conatus aciem hostium pertrumpere, novissime hastatos subduxit ordinibus, & cum Scipione legato suo circumfusis, iussitque collem capere, ex quo decurreretur in hostium terga. Quod ubi factum est, Romanis crevit animus, & Samnites perterriti, fugam molientes cessi sunt. Frontinus.

Bello Macedonico, quod T. Quintius Flaminus contra Philippum gessit, quia montes ad Aplium fluvium Philippus exercitu inledebat, & grandio undique in latera Romanorum ingerebatur jaculorum: adierunt consulem quidam, qui eo loco pascabant. Hi circuitum quandam esse ab hostibus praedica-

dicarunt neglectum: qua copias ostendunt de ducturos, atque in summis verticibus ut longissimè tertio die educerent. Fidei testem & sponsorem Charopum Machatam laudant, principem Epirotarum, Romano amicum, & in occulto metu Philippi eo in bello fauorem. Eius fide Quintinus tribunum cum quatuor millibus pedum & equitibus recensit mittit. Duces erant pastores illi vindicti. Interdum dabant se quieti sub cavis & sylvestribus locis: nocte iter (& pernox luna erat) faciebant. Dimissis hinc copiis, recessit per caeteros dies milites: tantum levibus praetibus lassivum hostem. Tertio die, ubi igne amico subato signum dedere Quintio, Macedonas tripartito agmine aggressus, Tribuno a tergo inflante, regem suu cibis expulit. Plutarchus in Quintio.

Hannibal directa acie ad Cannas de equites Numidas iussit transigere: qui ad fidem faciendam, gladios & scuta Roma tradidere: & in ultimum agmen recepti, ubi primum concurrerunt, stricis minoribus (quos occultaverant) gladiis, scutis praesentium assumptis, Romanorum aciem caeciderunt. Front. lib. 2. c. 5.

Japyges P. Licinio proconfuli pagos quoque sub specie deditiois obtulerunt. Qui recepti, & in postrema acie collocati, terga Romanorum caeciderunt. Ibid.

Cn. Pompejus circumfusus ad Dyrrhacium non tam obsequio liberavit suos, verum etiam post eruptionem, quam opportuno loco & tempore fecerat, Caesarem ad castellum, quod duplici munitione instructum erat, avidè erumpentem, exterior circumfusis corona obligavit, ut ille inter eos, quos obsidebat, & eos qui extra circumvenerat, medius, non leve periculum & detrimentum senseret. Frontinus lib. 3. c. 17.

C. Marius cum Teutonibus & Cimbris pugnam conlerturus in montium lateribus inaequalibus, Marcellum per noctem iussit cum tribus millibus armatorum per invia montium circumire, & ad terga hostium evadere. Quod postquam accidit, militibus praecipit dedit, ut ex montanis paulatim se in campum reciperent, ut hostes fugere eos arbitrati, persequi conarentur, & sic in planiciem descenderent. Qui cum descendissent, a facie Marius, a tergo Marcellus irruptione facta, hostes coneciderunt, victoriamque splendidissimam reportarunt. Polyen. lib. 8.

Gregorius Scotorum rex, Hibernorum Ducem Brennum, ad Banum flumen loco inaccessibilem confidentem, & mora Scotos frangere conantem, noctu per Futum montem circumducta exercitus parte, in hostium castra ex imminente colle motales deieci praecipit: ipsa prima luce castra aggressus, incipiti periculo circumventos Hiberos oppressit. Brennum lapidis ictu commotum capite mortuus inventus. H. Boeth. lib. 10.

Angli contra Scotorum Regem Guilelmum pugnaturi, diviolo exercitu, altera parte summo mane hostes provocarunt, alteram in valle propinqua latere iusserunt. Sole illucescente, Scoti hostium audaciam mirati, levis negotio eos fuderunt. Ubi vero in vallem devenitum, soluti ordinibus Scoti fugientes secuti, ab Anglis oppressi sunt, rex ipse captus. H. Boeth. lib. 13.

Scoti & Picti cum Hengisto Saxonum Duce congressi, victores erant. Hengistus tubae sono tria suorum millia in viciniam tumulo ad omnem eventum collocatorem evocavit. Quibus a tergo irruentibus, circumventi undique Scoti, magnam cladem sustulisti. H. Boeth. lib. 8.

D VIRES, COPIAS, HOSTIUM DISTRABERE, DISTRACTA CONFICERE.

Hostilis exercitus distractio triplex est. Aut ne conjungatur, providendo (De qua sub Tit. Auxilia missa intercepte, ) aut postquam conjungitur est, parim advertendo alio (De qua averfione sub Tit. Metum hosti unice, ) parim opprimendo in partes divisum. At de hac distractioe hic agemus. Consule Tit. Andaces reddere hostes metu aut fuga simulata.

INVADENTIUM.

Judas Machabaeus, cum Antiochi Epiphanius tres duces, Ptolemaeus, Nicanor, & Georgias, cum 40. pedum millibus & septem equitum Judaeorum in vadentem, iis cum paucis se opposuit. Gorgias noctu castra Judaeorum ex improvio aggressus, mille equites & quinque pedum millia assumpserat.

Eo cognito, Judas castra sua reliquit; & Gorgia vacua castra diripiente, ipse Ptolemaum & Nicanorem repente aggressus, tria millia occidit. Clade cognita, Gorgias fuga sibi consuluit. 1. Machab. 4.

Victor ad Salaminem Xerxes, Themistocles cum eam sibi maritima rei victoriam vendicaret, ad copias pedestres statim consilia converterit. Perterrefactis autem Graecis, nec audentibus adversus tot hominum strilla pedestri acie dimicare, pedagogum filiorum suorum ad regem misit, qui nunciat illi, proparare Graecos ad fretum navigare, pontemque dissolvere. Quo rex nuncio perturbatus, ne occupato a Graecis mari, reditus in Asiam intercluderetur, cum parte copiarum traiecit ex Europa in Asiam, relicto ibi Mardonio cum robore equitum pedumque, qui ad Plateas oppressus est. Diodorus libro 11. cap.

Dionysius, Carthagenensibus cum trecentorum millium exercitu adventantibus, complures munitiones & castris adificari curavit. Mox cum Carthagenensibus egiit, ut pacem facerent, atque castra reciperent. Id cum illi infestissime facerent, & multos ex militibus praesidio & custodia causa in singulis relinquerent, tum demum reliquos aggressus postgavit. Polyen. lib. 5.

Q. Fab. Maximus quinto Cos. cum Gallorum, Umbrocorum, Hetrucorum, Samnitumque adversus P. R. exercitus coissent, contra quos & ipse trans Apenninum montem castra communiabat: scripsit Fulvio & Postumio, qui in praesidio urbis erant, copias ad silium moverent: quibus accessit, ad sua defendenda Hetruci Umbrique descendunt: relictos Samnites Galloque Fabius & collega Decius aggressi, vicerunt. Frontinus lib. 1. c. 8.

Hannibal Imp. delectus, belli contra Saguntinos Rom. socios occasionem quaerens, populos trans Iberum depradati cepit. Barbari coacta multitudine ingenti, supra castrum Hannibalem redeuntem ex Vaccis prope flumen Tagum adiunxerunt. Ad quorum conspectum subito confliteret Carthagenensium signa, totoque agmine pavor & trepidatio fuit. Nec ambigunt, quin Poni eadē infignem cladem accepturi essent, si repentinum hostium adventu commoti, praedaque onanisi, cum ferocissimis gentibus conseruissent manus. Sed Hannibal praelio superfedere statuit, atque ibi castra posuit. Proxima deinde nocte quanto maxime silentio potuit copiis amne traductis, locum ea parte, qua transitus hosti facillimus dabatur, ab omni praesidio vacuum reliquit, ut partim simulato metu, partim occasione oblata, barbaros ad transiendum flumen alliceret. Barbari, dum Carthagenenses perterritos esse arbitrantur, magno impetu se in aquam projecerunt. Hos in compositos implicatosque prius quam omnino flumen trajectant, equitibus primum, mox omnibus copiis aggrediuntur. Poni, magnoque eorum numero interfecto, reliquos in fugam vertunt. Post victoriam cuncti trans Iberum populi deditioem faciunt, praeter Saguntinos. Quos cum obdiceret cepisset, bello secundo Punico occasionem dedit. Plut. in Hannibale.

C. Jul. Caesar cum Helvetis bellum gerebat. Hi in Gallorum & Romanorum fines egrediebantur, circiter octoginta millia: quorum viginti millia arma ferre poterant. Caesar unum diem semper cedebar. Barbari majore fiducia ob eam rem sumpta persequebantur. Cum autem Rhodanum fluvium transmittere vellent, Caesar non multo ante castrametatus est. Cum barbari asperum fluvium magno cum labore transissent, nondum omnes, sed triginta millibus postredie traicere vellent: qui transierant, decessi quietem captabant. Caesar noctu eos adortus, omnes interfecit, revertendi per flumen potestate intercessa. Polyen. lib. 8.

Britanni Albionis incolae, hinc Scotorum ex Hibernia, illic Pictorum ex Septentrione advektorum armis, affinitatis insuper vinculo connexis, se impares fore metuentes: Pictos contra Scotos instigare, auxilia iis liberaliter polliceri coeperunt: quod caesis Scotis, facile se Pictis viribus superiores fore sperarent. Fergulius primus Scotorum rex dolum subodoratus, cum Pictis foedere icto, Britannos magna strage affecit. H. Boeth. lib. 1.

Contra Henricum IV. Anglorum Regem proceres conspiraverunt. Rex contractis copiis suis, ad Secevesbette hostibus occurrit. Volentem autem eodem die decernere, Georgius Scotus Mercharum Comes exul prohibuit, consilium dans, ut pliceret dilationem conficiendis in postera diem, simulando; si id primoribus regni videretur, ne tanta civium sanguinis profusio fieret, regno se abdicaturum. Quae cum juratus ad hostium legatos dixisset, credere: duceque hostium divitis



A copias, ut comneatus facilius esset, in diversas partes exercituum metari castra iusserunt. Quae quum videret, eos repente invasit, & complures conjuratorum principes occidit. *Id. Boetius lib. 16.*

Guido Montiferrati Comes, in urbe Forolivio obfessus à Guidone Appia Romandiolae Comite, Martini IV. Pontificis auspicio, operam dedit, ut è tuorum numero quidam cum hoste de tradenda urbe paciferebantur. Cum autem hostium partem ingressam esse in urbem videret, ipse per averfam portam silentio egressus, eos, qui foris manerant, & victuriam minime dubiam esse rebantur, incautos oppressit. Mox in eos, qui in urbem erant ingressi, conversus, cum palantes per urbem uni tantum praedae essent intenti, vel occidit, vel cepit omnes. *Fulgos. lib. 7. c. 4.*

Hugonem Magnum ducem, uti à tutela Ricardi pueri Normannorum Ducis abduceret Ludovicus IV. Franciae Rex, promissit illi Normanniae Ducatum, sola urbe Rotomago sibi reservata. Ergo Rex, & Hugo, divisis exercitibus, ferro & igni Normanniam invadunt. Normanni ab armis imparati, mittunt legationem regi: Veniret Rotomagum, & susciperet gentem deditionem. Rex, sputans magna suorum manu, Rotomagum ingreditur, regio apparatu excipitur. Ibi Bernardus quidam in primoribus, Gratulamur, inquit, rex tibi nobis que. Nam hodie cum utriusque bene actum conspicitur, quod tu potentia, nos etiam honore aucti videmur: qui haec tuis duci parumvis, deinceps regi obsequiuntur. Hugo hoc querit, ut te paulatim viribus exuat, nudatum invadat. Rex Hugonis potentiam veritus, misit illico, qui Hugoni diceret, quamprimum regione excederet, qua jam regi pareret. Ille indignatus, quod rex promissa non servaret, exercitum reduxit. Et Normanni quidem in praesenti regi se submisere, sed non multo post novis ex Danica & Norvegia auxiliis instructi Ludovico Rege capti, Ricardum Ducem receperunt. *Crantz lib. 3. Norvegiae c. 10.*

Carthaginienses ab Agathoclis F. Archagaro gravi obfisione pressi, cum infeliciter saepe pugnaissent, & imperium sese amisissent: deinceps plebs, cui tripartitò divitum exercitum emittere, unum ad oppida maritima, alterum in mediterranea loca, tertium in ultiorum regionem. Nam si hoc facerent, sperabant fore primum, ut obfisione & penuria rei frumentariae sublevarentur: nec erat, cur ibi ab obfisione metuere, cum esset & propter mare, & propter murorum firmitatem inaccessa. Deinde se locos longe facilius in amicitia retinere posse credebant. Si plures exercitus forent, qui auxilium ferrent: & quod erat omnium maximum, hostes copias dividere coactum iri sperabant, & procul à Carthagine distractum. Quae omnia, quemadmodum opinati fuerant, evenerunt. *Diod. lib. 20.*

Franciscus I. Gallorum Rex Gapiam gravi obfisione urgebat, qua Maximiliano Sforzae Mediolanensem principi parebat. Sforzae partes sequebatur Jo. Jacobus Medices, qui arcem Mutiam ad lacum Comensem tuebatur. Is ad distrahenda à regis exercitu sex milia Rhetorum, arcem Clavennae Rheticae caput profectò ad deditionem compulsi. Rheti suos domum revocarunt: eaque ratione exercitus Gallorum suo veluti propugnaculo delinatus, magna clade affectus est. Franciscus Rex captus 24. Feb. anni 1525. qui hoc versu literis numerabilibus exprimitur:

Capivi erat Gallus Coelsum CVM. Vre Cohortes.

D OBSESSORUM.

Agessilaus Dux Lacedaemoniorum, cum Phocenses obfideret, & intellexisset, eos qui tunc praesidio illi erant, jam gravari belli morae: castris motis tanquam ad alia quaedam, liberam occasionem recedendi illis dedit. Nam multò post reverteis delituit praesidiarii Phocenses superavit. *Frontinus libro 3. c. 11. & Polyen. lib. 2.*

Philippus Byzantios oppugnabat, non exigua sociorum manu instructos. Eos ad defectionem sollicitare machinator, missis transfugis qui nunciarent, ipsorum urbes oppugnari à Philippo, qui alias eò copias misisset. Interdixit Philippus palam exercitus partes alias in alia loca se mittere simulabat. Sociis ergo delictis Byzantios, ad suam patriam singuli profecti sunt. *Polyen. lib. 4.*

PUGNANTIUM ACIEM.

HOSTIUM perempere.

Pammenes, magnum equitum numerum in exercitu ducens, hostibus scutatorum multitudinem habentibus, paucos quos in suo exercitu habebat scutatos, & levis armaturae milites, ea parte ubi validissimus erat hostium exercitus, opposuit: itaque praecipit, ut data opera se in fugam conicerent, quod adversarios scutatos à reliqua acie distraheret. Quod postquam contigit, assumptis equitibus, ab altero latere obsequens in eos impetum fecit, & undequaque circumdatus superavit, insilantes equitibus, itaque qui fugere existimabantur, se converterentibus. *Polyen. lib. 5.*

Machinidas Lacedaemoniorum tyrannus Mantineaorum fines invaleat. Cui occurrit Philopemenes Achaeorum praetor. Milite igitur externo Machinidas jaculatores & Tarentinos, qui ante signa locati Achaeorum fuerunt, pepulit: & dum confectatur effusus, praetorales est acie Achaeorum, qui integris adhuc ordinibus consistebant. Philopemenes eo dissimulato, quasi nihil incommodi accidisset, non occurrit neque objecit se Machinidae fugientes agenti, sed permissit eum praetereire. Ubi jam magnum intervallum fecerant, confestim signa intulit in pedes, quos nudò videbat relictos: cornibusque exprorectis ex latere incurrit in delinatos duces, nec pugnam expectantes. Hos ut multa caede auerit (quippe supra quatuor milia occubuisse feruntur) contendit in revertentem cum mercenariis ab hostium inselatione Machinidam, eumque manu sua occidit. *Plutarchus in Philopemene.*

Hannibal Cannensem P. Romani aciem speculatus, priusquam ad dimicandum descenderet, partem copiarum suarum inter ipsum praesidio tempus de industria fugere iussit. Quam cum à reliquo exercitu abruptim fugere Romana sequeretur, truncandam eam ab his, quos in insidiis collocaverat, curavit. *Valer. lib. 7. c. 4.*

Regnerus, Danorum Rex, Hellepontiorum duorum scutum Dian & Daxon immensum animadvertens exercitum, equos aeneos ductibus rotulis superpositos, ac verlibus curricularis circumductos, in confestim hostes maxima vi emicavit, & laxavit adversarios aciem, altero ducum interfecto, altero fugato. *Saxo lib. 9.*

Henricus IV. Gall. & Navarrae Rex, Druidarum oppidum, vulgò Dreux, arcta obfisione premebat. Eam ut solveret, suos undequaque evocat dux Mennus, exercitum validissimum Copias utriusque in faciem eductis, cum regi nonnulli in proximi arbutuli verperit clam se in insidias collocasset, Rex ad fortitudinem & constantiam suos hortatur: ab hac pugna, inquit, penderet salutem Reip. Gallicae, & Religionis reformatae. Velationibus ergo se mutuo provocat, dum regi studio cedentes, ad positas insidias hostes alliciunt. Pugna commissa, Mennianorum ordo impressione insidiantium turbatus, Regi victoriam in manus dedit, ut omnem hostilem exercitum in fugam conicerent, & caelo comite Egmondano, qui cum Hispanico equitatu, à duce Parmensi in auxilium confederatorum venerat, dux quoque Mennus terga daret, & Parisios, sedandi tumultus ergo, qui ea accepta clade metuebatur, se reciperet: illustris haec victoria regis animum dedit, confederatis eripuit, cum quatuordecim millium strages, impraemis confederatorum, edita diceretur. *H.*

INSEQUENTIUM.

IN FUGA.

Canon Atheniensis Tallicaridè duplo plures habentem trirèmes in mari fugiens, cum jam propè Mitylenem esset, Laconicis navibus inter insequendum distractis, sustulit phanidem, quae erat pugnae signum gubernatoribus. Qui convensis protis, in Laconicas naves impressionem faciunt. At ille inordinatè atque perturbatè, inopinata conversione perculsa, magna ex parte fractae sunt, multae etiam submersae. *Polyen. lib. 1.*

Phormionem circa Naupactum per maritima navigantem, duae trirèmes persequuntur. Stante autem in statione nunc onerata jam intercepit, circa hanc se flexit, & in tardioris trirémis puppim impetu facto, eam submersit: quae confestim ad alteram conversus, sine negotio etiam illam perdidit. *Polyen. lib. 3.*

Do-

A Dorotheus Leueadus inter navale praedium in portum quendam confugit, hostibus non longè insequentibus: & praeteregens sinitem portus extremum, navem convertit. Prior hostium trirémis praeficiens Dorotheum, impetu delata in portum tendebat. Eam repente Dorotheus irruptione facta submersit. Altera navis videns priorem submergi, statim fugam cepit. *Polyen. lib. 5.*

Tegeata & Pheneate diutino bello confecti, deliberaverunt, trigenuos fratres ad dimicandum de victoria mittere. Ac Tegeata quidem Reximachi filios, Pheneate Demonstrati nominaverunt. Commisso certamine, duo de Reximachi filiis interfecti sunt. Tertius, Critolaus nomine, consilio superavit adversarios duos. Quippe compositam fugam fingens, inselantes singulatim obtruncavit. Revertenti gratulantibus aliis, una non est soror Gavia Demodice: interemerat enim sponsum ejus Demodicum. Quod moleste ferens Critolaus, peremit eam. Cum autem homicidium postularetur à matre, ita à crimine liberatus. Hoc apud Demaratum est libro secundo erime Attacidarum. *Plutarch. de Graec. & Rom. comparat.*

B Romani & Albani inter se bellantes, trigenuos fratres, qui pro patria dimicarent, legere: Albani Curtios, Horatios Romanos. Commisso certamine, duos ex adversariis Curtii oppulerunt. Qui reliquos ex Horatiis, open à simularia mutuas fugas, insequentes singulos occidit. Exultantibus cunctis, sola soror non applausit Horatio interfecto sponso sui Curtii. Ille peremit sororem: quod Acridas Mithicus in rebus Italicas memorat. *Idem.*

Rodericus Portundus, Hispanae classis, quae Carolum V. Caesarum ex Hispania in Italiam vexerat, praefectus, Barchinonem reveri iussit, ex itinere praedones se adempturum ratus, qui tum in Balearum mari vagabantur: quum ad Ebusam insulam pervenisset, didicit, ibi praedonum quodecim navigia, quae remis agerent, ad Colubrariam insulam confestim. Itaque evectus in spem opprimendae piratae classis, ex quindecim suis trirémibus validissimas octo tantum deligit. Et quamvis à filio suo Joanne, ut cautius ageret, moneretur, nihilominus praeterea suae classis cursum ita intendit, ut reliquas, quae remigio minus valebant, anteiret. Aldinus igitur Smyrnaeus arephipitata, ubi inaequalem hostium cursum deprehendit, hoc consilio suscipit, ita divisis pugnae muneribus, ut validiores biremes rostrois hostilem classem recta feriret, leviores autem singulas binè à lateribus aggredirentur. Favit fortuna praedonibus. Nam Assanes Celebinus & Solymanus audacissimi omnium & pugnacissimi uno tempore, hic à latere, ille rectissime à proa in praetorium evecti, priusquam succuri posset, Portundum, capta praetoria, cum suis omnibus propugnatoribus trucidantur: parique celeritate reliquae trirèmes, captis omnibus, in potestatem Turcarum venerunt. *Idem lib. 27.*

Gamalis pirata Turca, cum una tantum biremi piraticam exerceret, vi ventorum per noctem ita acriter est actus, ut illucescente die Siciliam in conspectu haberet. Illic forte offensus Francinum Parvum Castellum, diturum trirerium praefectum, eorum altera statim insequi Gamaliam cepit. Quae cum magna vi remorum ageretur, ita ut ab altera amplius conspici non posset, jam Gamalis biremem rostro penè attingebat. Cum igitur nante vela colligerent, Gamalis in trirerem ingenti animo profilit, remisque ad libertatem vocavit. Dum ergo navales foeti in remiges, quos ad rebellandum libertatis spes invitabat, arma movent, ut eos vincitos ad remigationem continerent, Gamalis momento trirémis potius est. A biremi autem sua in trirerem milites, quos habebat, cum transfuisset, à puppi biremem tanquam captivam trahere: iussisque tubicinibus ingenti clangore canere, ad aliam trirerem dirigere cursum cepit. Quae cum Turcensium biremem cum Gamali captam arbitraretur, lecta plena, ceu victoriam gratulatur, venienti obviam se praebet. In quam Gamalis, ut in alteram, cum suis insiluit, atque ipsam quoque cum nihil hostilem viderent atque incautam oppressisset, in vitalis omnes ad remigariam servitutem posuit. *Fulgos. lib. 7. c. 4.*

HOSTES, RETRAHERE, REVOCARE.

ALIO BELLUM TRANSFERRE.

Artaxerxes, Persarum rex, postquam adductos à Cyro fratre Graecos, quos non minus elaboraverat in potestatem suam redigere, quam vincere Cyrum, & regnum retinere,

non potuit capere: sed Imperatore amisso Cyro, ducibusque suis, ex ipsa propè emeterunt regia, deregentes & revelantes Persarum & regis res, vim auri esse & luxum & mulieres, caetera fastum ac minas: cum tota se erexit Graecia, & depexit barbaros, tum Lacedaemonii turpe dixerunt, nisi tunc certe incolentes Asiam Graecos servitute eximerent, atque ab illorum assererent contumeliis. Ac primum ubi duce Tymbrone, deinde Dercyllida, arma in Asiam promoventes, nihil memorabile gesserunt, praefecere bello regem Agessilaum, qui transportato protinus in Asiam exercitu, rebus gerendis intentus, magnum nomen comparavit, Tissaphernem fudit fugavitque, & civitates ad defectionem impulit. His actis advertens Artaxerxes, Cononis suam, quemadmodum gerendum bellum esset: Tissapherni necato Tissaphernem succedendum dedit, & Rhodium Hermocratem (Pausanias vocat Timocratem) magna vi auri instructum misit in Graeciam, mandans, ut corrumperet illos, quorum summa esset in civitatis auctoritas, bellum in Lacedaemonios totius Graeciae concitaret. Id exequente Hermocrate, potentissimae civitatis conspirantibus, atque conturbata Peloponneso, bello exorto Corinthiaco, Agessilaum revocaverunt ex Asia magistratus Lacedaemoniorum. Quo quidem tempore ferunt decedentem apud amicos dixisse, tribus millibus sagittariorum ex Asia se à rege expelli: Sunt enim numi Persici sagittario signati. Qua quidem prodicione & libertas Graecis & Lacedaemonis imperium maris ereptum est, victis ad Cnidum navali praesidio à Pharnabazo & Conone Atheniensis. Qui pecuniam receperunt, fuisse dicuntur, ex Argivis Cylon & Sodamas: à Thebanis, Androclides, Ithenias & Amphithemis. Eius etiam largitionis participes Athenis fuerunt Cephalus & Epicrates: simul à Corinthiis quocunque cum Argivis faciebant; sed ipsi imprimis vigis factionis duces Pelianthes & Timolaus. Bellum aperte geri coeptum est à Locris. *Paus. in Lacon. & Plutarchus in Artaxerxe & Polyen. lib. 1.*

Bello Peloponnesiaco, Lacedaemonii infesto exercitu Atticam vastabant. Populus Atheniensis coram impune vastati omnia, exurique cernens, in aciem descendere, atque occurrere hostium perulante statuerat. At Pericles plebem revocans, & pollicitus, se propediem sine periculo ex Attica Lacedaemonios ejectionem: centum trirèmes instrui jubere praetore Catcino, & confestim in Peloponnesum trajecit. Qui prope de vecti, totam propè maritimam orae partem depopulando, vastandoque agros, excurrunt, nonnullaque castris vi capiunt, tumultu reliqua pavoreque concurrunt. Quo more perculsi Lacedaemonii, quamprimum ex Attica copias revocant ad muniendam contra vim hostium Peloponnesum. Hac arte liberavit Atticam Pericles. Et aliquot post annis simili ratione iterum. *Diod. lib. 12. & Polyen. lib. 1.*

Alexander Tigrim trajiciens, Persis terram igni populantibus, ut comneatus defectu hostes circumvenirent, misit, qui omni vi & contentione eos persequerentur, ut suae salutis consulentes regionem intactam relinquerent. *Polyen. lib. 4.*

Agathocles, Syracularum tyrannus, cum urbem ejus Amilcar Carthaginiensis obfideret, exercitum suum clam in Africam trajecit, ut metu metu, vim vi diliceret. Neque sine effectu: nam repentinò ejus adventu perculsi Pœni, libenter incoluntatem suam salute hostium redemerunt: pactique sunt, ut eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. *Valer. lib. 7. c. 4. & Diod. lib. 20. pro Amilcare Aldrubalem habet.*

M. Curtius adversus Sabinos, qui ingenti exercitu conscripto, relictiis finibus suis, Romanos agros occupaverant, occulsi itineribus manum misit, quae desolatios agros eorum vicofque per diversa incendit. Sabinos ad arcendam domesticam vastitatem recesserunt. Curio contigit & vacuum infestare hostium fines, & exercitum sine praesidio avectere, sparsimque cadere. *Frontinus.*

Hannibal, cum videret, nullam sibi facultatem relinqui, qua duces Romanos à Capua removeret, pro sociorum periculo anxius, confugit ad jam multò antè agritatem, & velut ad extremum reservatum consilium. Cunctis enim necessariis comparatis, castra movere, & quanto maxime silentio potest, transmissio Vulturno amne, infestis signis Romanam petire: ratus, aut hac via, aut nulla alia, solvi tam pertinacem obfisionem posse. Quod ubi Romanis certis auctoribus nuntiatum est, tantus repente terror invasit, ut ratò sit unquam intra mania vehementius trepidatum. In tam trepida re placuit,



Acut, ut Fulvius Flaccus alter ex ducibus Romanis a Capua accersitus, & consules novi Sulpicius Galba, & Cornelius Centimius extra urbem haberent castra, & C. Calpurnius praetor valido praesidio Capitolium munitur, & hi cives, qui summos magistratus gefissent, repetentis tumultus auctoritate imperioque sedarent. *Ad Carvata ejus.*

P. Scipio, utente Italiam Hannibale, ipse in Africam cum exercitu profectus, Carthagineus coredegit, ut Hannibalem revocaret.

Maximianus Imp. Germanicus incurfionibus irritatum salutaris illa cogitatio fubit: haud incommodè se facturum, si quod nemo adhuc tentaverat, ultra Rhenum transmitteret, atque hostes, in suis quemque agris, opprimeret: sic enim demum deleri Germanos posse, si in propriis sedibus peterentur: ut non praedam modo, quam cepissent, amitterent; sed de ipsis etiam liberis, conjugibus, parentibus, & rebus suis carissimis dimitterent: satis se hostilem incurfionem haecenus perulisse, nunc reddere eas barbaris magnis cumulatam incommodis oportere. Hoc igitur consilio explicato, pontem in Rhenum coniecit,

B exercituque transfretum, Alemaniam inivit, ac rege eorum inter ipsas, quas moliebatur, insidias capto, ab ipso ponte usque ad Danubii caput continenter Alemannos praesidiis proferè factis edomuit, ac totam regionem ferro atque igne vastatam, opibus prorsus exhaustis, usque ad eum Maeritius rhetor non minus ad fidem, quam ad laudem dixerit, Maximianum, primum omnium Imperatorum probasse, Romani Imperii nullum esse terminum, nisi qui suorum esset armorum. Haec victoria ingentem Maximiano gloriam, vel consilii novitate, vel cladis magnitudine, attulit. Nam trophaeis in media Alemania constitutis, gentem illam ita debilitavit, ut post per multos annos à Romanorum bello vacaverit. *Sigon. lib. 1. Oecid. imp.*

Caraceni Siciliam indigniter vastabant. Eorum imperium cum neque Michael Imperator, nec Ludovicus Pius à Paschali Pontifice per oratores ad id missos rogatus, ut Christiane rei opem ferret, repelleret, ad Michaeli dictans eam injuriam pertinere, ejus Sicilia effret: unus ea tempestate reperiens est, qui auctissimos Barbarorum conatus majore felicitate quam consilio fegit. Bonifacius Cypri comes cum Betario fratre, & paucis Hetrutiae comitibus, modica classe in Aphricam delatus, inter Uticam & Carthagem in terram egressus, quatuor praesidiis tantam vim hostium cecidit, ut vi coacti sint Mauri suos ex Sicilia revocare. Atque per eum maximè modum Sicilia postero bello levata est: & Bonifacius ex Aphrica victoriam redux classem, multa praeda onustam. *Sab. lib. 9. Em. 8. & Plauria.*

Hadingus, Danorum rex, infestis armis Gothiam & Sveciam premebat. Usq; ergo rex, ejus patrem Aimodum & avum Sibdagerum Hadingus intertulerat, classe in Daniam trajecit, ut hostem ad sua defendenda revocaret. *Joan. Magnus lib. 1. c. 11. & Saxo lib. 3.*

Ericus, Sveonum rex, ab Haldano in Svecia pressus, ipse vicissim bellum in Daniam transtulit. Ita dum injuriam inferere quam repellere maluit, Sveciam armis hostilibus liberavit. Quippe cum Haldanus Haraldum Danorum regem fratrem ab eo tribus diebus praelis, quarto occisum cognovisset, amittendi Imperii metu, relicto Sveonum agris, patriam repetere coactus fuit. *Saxo lib. 3.*

Anno 1471. Uladislavus, Calimiri Poloniae regis F. Boemorum rex factus, ab Hungaris, qui à Mathia Corvino decesserant, accitus, Mathiam Uratislavie obedit. Mathias cum se hosti videret imparè, intra mœnia se continens, morâ, fame, eruptionibus assiduis Polonos & Boemos fatigavit: tandem missa copiarum parte expeditis, in Poloniam, ferro ignique vastando omnia, ferocissimum hostem obfidionem solvere, & sedes secum inire coegit. *Bonifacius lib. 9. Decad. 4.*

Quum Barnabas Vicecomes Bononiam ab Olegio, quem urbis istius praefectum Joannes Vicecomes, Archiepiscopus Mediolanensis, constituerat, occupatam, & demum Egidius, Innocentii VI. Pp. legato, tradidit, recuperare nitetur: faceret civitates, ingentes copias Ugolino Gonzaga Imperatore in agrum Insubrum, miserunt: rati, Barnabam fratris Galeacii II. periculo adductum, à Bononensi agro trans Padum revocari posse. Sed Barnabas Ugolinum, trajecto Pado & Novatia posse, sed Barnabas Ugolinum, trajecto Pado & Novatia posse, magnam perturbationem Galeacii rebus afferentem, paribus belli artibus averit. In festo enim exercitu Mantuanorum sicem ingressus, perruptoque Serrallio, quæ est munio ab amne Pado ad Mutinam perpetuis aggeri-

bus suburbanum agrum complectens, Mantuano duce praefectus nudatos atque percussit, ut Ugolinus vel in ipso felici sperate ingentis victoriae cursu, de Imperio saluteque civium suorum magnopere sollicitus, pacem petere cogere, cognitionemque novo foedere confirmaret. *Joovius in Galeata.*

Boleslaus, Poloniae rex, Jagail antè dictus, genere Lituanus, vocato in societatem belli Alexandro fratre suo, duce Lituanie, arma convertit in Prussiam. Ferunt, in exercitu ejus fuisse ducenta millia pugnatorum. Fratres Teutonici viribus & numero imparès, ad communiendas urbes & aces suas convertuntur. Rex omnem terram Culmenstem igne ac ferro vastavit. Interea fratres, exercitu octo millium expeditore in Poloniam misso, innumera in regno (ut sunt ferè) omnia oppida diripiunt, munita expugnant, satis ubique prosperè. Quinque urbes expugnatione facta ceperunt. Crobæ monasterium, quod rex ipse incastellarat, expugnant caelo cum multis locis praefectis: solo munitionem aquant. Interea rex in Prussia Culmenstem urbem expugnat, firmatque suo praesidio imposito: Ecclesiam majorem in castellum communit, per domos Canonico-rum castra disperdit. Magister autem, quantas potuit vires contrahens, regem in ea obfedit urbe, multitudine sua laborantem: inque eam necessitate brevi perduxit, ut prior pacis faceret mentionem *Cranz. lib. 10. Vandal. c. 39.*

CELERITATE SUMMA HOSTEM OPPRIMERE.

Cum David Achim regem Getharum, patronum suum hospitem, à quo exulans civitate Sieceleg donatus fuerat, in expeditione contra Israelitas lequeretur: inter ea Amalechitas, qui excursibus Davidicis mirum in modum infestabantur, captata occasione, Sieceleg urbem expugnant, igni comburunt, omnes omnium aetatum captivos abducunt, & inter eos quoque duas Davidis uxores Achinomo Jersalemensem, & Abigail viduam Nabal Carmelitæ. David ab Achi dimissus, ubi urbem vastatam intellexit, tanto dolore cum suis fuis confectus, ut jam & vires & lacrymae deficerent: parum quoque aberat, quin à militibus suis lapidaretur. At consilio Domino per Abithar pontificem, Amalechitas summa festinatione infestus, Ægypti cuiusdam servi ductu, quem in deserto agrum ante triduum reliquerat quidam Amalechita, hostes inermes adortus, ad internecionem eos cecidit, exceptis cœcæ qui camelis insidentes, effugerunt; praedamque omnem cum uxoriibus recepit. *1. Regum 30.*

Antigonus Attalus & Alceatam duces Macedonum, in Pifidicis angustissimis castramentatis, clam persequabatur. Elephantès clangore edentibus, atque horrentibus, Antigonum adventare senserunt. Solus enim hic hujusmodi belluarum apparatus circum se habebat. Alceatas, assumptis secum scutatis, operam dabat, ut asperam difficilemque per montana viam occuparet. Antigonus omittens Alceatam, obliquatam aciem sub latera montium summa cum celeritate adversus hostes ducens, eos de improvviso obruit, partim arma circumdantes, partim inermes, promissaque salute ac vita, sine praelio victoriam adeptus est. *Polyenus libro 4.*

Demetrius misso ad Beotos faciali, bellum eis denunciabat. Facialis quidem Orchemoni Beotarchis bellum nuncium reddidit. Postmodò vero Demetrius in Chatronæ castra locavit. Perterriti Beotos bellum simul annunciatum & praesens. *Polyenus lib. 4.*

Arifonnyum in Methymna Chares oppugnabat. Misit ad eum Memnon legationem, petens, ne quid per vim Arifonnyo faciat: Etenim esse sibi patrium amicum & hospitem, & sequenti nocte se cum omnibus militibus sibi asuturum. Chares legatis hæc referentibus contempsit; quòd fieri non posse exultaret, ut exercitus tanto numero, atque onere, sequenti nocte in eum locum pervenire posset. Memnon quinque confectis itinere stadiis, milites ad mille & ducentos in nave impoluit: usque præceptum dedit, ut cum egressi ad arcem venissent, sublatò igne significationem facerent, & hostes aggrederentur. His factis adiens in tenebris praeter spem & expectationem accidit. Ignis verò sublati, in fugam Charetem vertit. *Polyenus.*

Amage, uxor Medofacci regis Sarmatarum, qui Ponticam maritimam attingunt, videns maritum luxu deducum & crapu-

A crapula, ipsa plerunque iura dicebat, & praesidia regionis disponebat, atque hostium incurfiones reprimere, finitimisque, qui injuria premerentur, auxilium ferebat: sic ut ejus fama ac gloria per universos Scythas celeberrima haberetur. Quò fiebat, ut etiam qui Tauricam incolabant Cheronefæta, multis damnis à rege vicinorum Scytharum acceptis, societatem cum ea conjungere vellet. Illa primum scripsit, mandans, ut à Cheronefo abfisteret. Cum hæc Scythia contemneret, illa viris centum & viginii assumptis, & animi & corporis viribus praestantissimis, unicuique tres equos attribuit, incitatorumque cursu una nocte & die mille & ducenta stadia confecit: & ex improvviso regiam adorta, omnes in januis constitutos occidit. Scythas, ut in clandestino periculo perturbatis, & existimantibus, multo plures accedere: Amage, quo ceperat impetu, in regiam Scytharum irruens, cognovitque & amicis, quos rex secum habebat, interfectis, Cheronefæta regionem tradidit: filio autem occisito regnum commisit, mandans, ut iuste imperaret, patris exitum intuens, & à finitimis Graecis ac Barbaris abfisteret. *Polyenus lib. 8.*

Timoleon, Corinthiorum dux, & Ictes, Leontinorum tyrannus, non eodemque tempore ad Adrianis Siculis, cum factiones haberent, accesserunt. Timoleon, qui m. c. e. tantum milites habebat, cum Ictem castra ponere conspexisset: non relictis militibus, hostes dispersos aggressus fudit, castra illorum cepit. Adrianæ praefectis portis in Timoleonis partes concedere, cum honore & stupore nuntiantes, fuisse sacra vestibula templi in ipso articulo praesidi sui sponte praefecta, vitam dei Adriani, quem tota Sicilia religiosissimè colit, hastram, summa conspide vibrare, faciemque ejus longo furore uanare. Hæc praesedi non eam tantum victoriam spontederunt, verum etiam res consequentes, quibus aperuit illud certamen fore. Etenim civitates missis extemplo legatis, conjunxerunt se Timoleonti. *Plutarchus in Timoleonte.*

Datamen Pharnabazo substitutum Artaxerxes contra Aspim misit, qui Cataloniam tenebat, quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociae. Datames est longè aberat ab his regionibus, & a majore abfisteretur: tamen re Cæcis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus, navem conscendit, existimans, id quod accidit, facilius se imprudenter parva manu opprimeretur, quam paratum, quamvis magno exercitu. Huc delatus, in Ciliciam egressus, inde dies noctesque iter faciens, Tauram tranfit, eoque, quo studuerat, venit. Quærit, quibus locis sit Aspis: cognovit haud longè abesse, profectumque eum venatum: quem dum spectatur, & adveniens ejus causa cognovit. Pifidas cum iis, quos secum habebat, ad resistendum Alpibus comparat. Id Datames ubi audivit, arma cepit, suos sequi jubet: ipse equo concitato, ad hostem velutur, quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, pertimescit, atque à conatu resistendi deterritus, sese dedit. Hunc Datames vincitum ad regem ducendum tradidit Mithridati. Hæc dum geruntur, Artaxerxes reminiscens à quanto bello ad quam parvam tem principem ducum misisset: seipsum reprehendit, & nuncium ad exercitum aciem misit, quòd nondum Datamen profectum putabat, qui diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perveniret, quòd erat profectus, in itinere convenit, qui Aspim ducem Datames confectus esset, non minore invidiam alicorum excepit, quòd illum plus, quam se, omnes fieri videbant. *Plutarchus in Datame.*

Certior factus Alcibiades, Mindarum Spartiatum pergere cum tota classe in Hellefponum, & insequi Athenienses, naturavit ducibus Atheniensibus supplicis ire. Ac forte fortuna in eo articulo adventit oëodecim navibus, quò utrique classes universæ concurrerunt circa Abydum: & confluentes altero comu victrices, victæ altero, in setum usque, acrem trabebant pugnam. Adventu suo contrarias utriusque expectationem præbuit, ut erigerentur hostes, Atheniensis terrore percellerentur. Mox signo ex nave praetoria sublato, amicum se esse, magno impetu in victores & ineluctantes est Peloponnesios inventus: fugatos in terram expulit, & tergis inhaerens fugientium, naves eorum concidit; peremisse multos eis qui conabantur enatare: quamvis Pharnabazus iis terra subveniret, navisque enteretur in littore servare. Postremo captis

de hoste triginta navibus, suis receptis, trophaeum exercitaverit. *Plut. in Alcibiade.*

Alexander Philippi filius, ter decem stadiis continuo itinere confectis, antequam quietem caperet exercitus, cum hostibus conflixit, & eos vicit. *Alianus de Varia historia lib. 10.*

Bello Punico secundo Consules facti sunt M. Livius & Cl. Nero. Hi partiti inter se copiis, in provinciis proficiscuntur. Claudius in Salentinos adversus Hannibalem, Livius in Galliam contendit adversus Adrobaletem Barchinum, qui superatis Alpibus, ingentibus equitum pedumque copiis jungere se fratri properabat. Claudius non longè à Venetia habens castra, interceptis hostium litris, cum Adrobaletem appropinquare cognovisset: sub legati custodia castris relicto, ipse cum parte exercitus magnis itineribus in Picenum profectus est, sextoque die Senam pervenit. Ibi consules ambo junctis copiis propè Metaurum flumen Adrobaletem adorti, secundissimo praelio conflixerunt. At post victoriam tantam non minus celeriter, quam profectus erat, Venetiam Claudius revertitur: ut Hannibal prius caesum cum omnibus copiis fratrem, quam profectum reverfiamque in castra consilem Romanum sciret. *Autor vita Hannibalis & Front. lib. 6. & Valer. Max. lib. 7. c. 4.*

M. Caro animadvertit in Hispania potiri se quodam oppido posse, si impinantes invaderet. Quatridui itaque iter biduo per confragosa & deserta emensus, nihil tale metuentes oppreffit hostes. Militibus deinde suis causam tam facilis eventus requirentibus, dixit: Tum illos victoriam adeptos, cum quatridui iter biduo arripissent. *Front. lib. 3. cap. 2. Idem respondit suis militibus Archidamus.*

T. Quimius Cof. victis acie Equis & Volcis, cum Antium oppidum expugnare stituisset, ad concionem vocato exercitu, expoluit, quam id necessarium & facile esset, & si non differretur: eoque impetu, quem exhortatio concitavit, aggressus est urbem. *Front. lib. 3. c. 1.*

Hannibal Pœnus, ut Flaminium consulem, qui in Hetruria erat, improvviso accessu opprimeret, per stagnantia Arni loca tres dies ac totidem noctes pervigil egit exercitus: irrupitque repente in hostilem terram, tanta hostium confectatione, ut non magis Cortenenfis saltus & Thrasymeni obices juverint Punicam victoriam, quamvis ea parte illata, quam inimicè expectabatur. *Sab. lib. 10. c. 6.*

L. Lucullus adversus Mithridatem & Tigranem, in Armenia apud Tigranocertam pugnaturus, cum ipse non amplius quindecim millia armatorum haberet, hostis autem innumèrabilem multitudinem, sed inhabilem (Plut. x. pedum m. mille equitum habuisse ait, Tigranem etiam) nondum ordinatam hostium aciem invasi, atque ita proinus dissipavit, ut ipsi quoque reges, abjectis insignibus, fugerint. *Frontinus lib. 2. c. 1.*

C. Jul. Cæsar Dictator, victo Pompejo, in Asiam profectus, Domitium accepit à Pharnace Mithridatis filio fufum, ex Ponto cum paucis fugam cepisse: Pharnacem verò immodiicè victoria utentem, Bithynia occupata & Cappadocia, Armenie minori appellata imminere, omnesque illius ora reges & tetrarchas concitavisse. Igitur praelio fugatum Ponto summovit, exercitumque ejus internecone delevit. Hujus pernicitatem & celeritatem confictus Romam significans, ad amicum quandam Amintium scriptis tria verba: Veni, vidi, vici. *Plut. in Cæsare.*

Scipio successibus leviorum praetiorum elatus, in Africa relicto scorum Afranio, scortum etiam Juba, qui castra exiguo inde intervallo habebant, institit super lacum praesidium munire propter urbem Tapfagum, quò id omnibus ad pugnam arx & refugium foret. Dum in eo est, C. Jul. Cæsar loca saluosa & impedita, incredibili celeritate transmisit: atque alios circumvastat, alios in fontem effe adortus, quibus suis fugatisque, occasione & impetu fortunæ usus est: quo momento Afranici castra cepit, momento Juba fugente, Numidarum castra diripuit. Ita diei unius exiguo spatio trinis potius castris, caesis hostium militibus quinquaginta, ne quinquaginta quidem desideravit de suis. *Plutarchus in Cæsare.*

Maximus tyrannus Valentiniano II. bellum indixerat. Ea denunciatione Valentinianus exterritus, subidò Dominum ad eum Aquileja legavit, postulatam, ut sedes secum rediret. Maximus autem consilium suum occultans, Dominum



A num amicè complexus, insignibus muneribus oneravit: atque impertito sedere, militarem etiam manum abeundi permittit, qua Valentinianus contra barbaros uretur, Pannonia finibus imminet. Ubi verò eum à se itinere aliquot dierum digressum sensit, relicto in Gallia Viatore filio, quem Augusti dignitate ornaverat, universis cum copiis in Italiam iter intendit: custodibus præmissis, ne quis prævertens, adventum suum Italiae nuntiaret. Mox, postquam Dominum jam Alpes superasse audivit: tum quanta maxima potuit celeritate, ad Alpes Cortias properavit, iisque sine impedimento trajectis, Aquilejam versus duxit, & fugiente Valentiniano, occupavit. Quo facto, confestim tota Italia ac subinde Africa in fidem ejus se tradidit. *Sigon. lib. 9. Imp. occid.*

Cum tempore Basilii Imp. Cretenses Agareni Peloponnesum prædatoris navigiis infestarent: Nicetas Orphas classis præfectus, paucis diebus in Peloponnesum delatus, ne insulam circumnavigare cogereetur, ea ipsa, qua primum applicuit, nocte, per Corinthiacum Isthmum, operariorum usus multitudine, naves per continentem in alterius lateris mare transportavit: impositisque classariis, hostes subito adortus cecidit. *Cædrenus.*

Orchanes Bithyniæ princeps, Constantinopolim occupare cupiebat. Andronicus Junior Imp. subita irruptione audita, delectis viginti nobilibus juvenibus & xl. gregariis militibus, adjunctoque Cantacuzeno Magno Domestico duce, hos terra mittit. Ipse cum tribus inermibus tremeis contra Barbarorum classem abiit: qui cum viginti-quatuor navibus ex Asiatico Propontidis sinu propè Rhegium appulerant, & prædatum ali aliò excurrerant, priusquam id aggressi resciscerent. Diluculo jam serè, Magnus Domesticus cum equitibus septuaginta Barbaros dispersos cecidit, non secus ac messoris frumentum. Simul etiam Imperator quatuordecim naves hostiles cepit, custodibus earum cæsis, reliquis fugatis. Sub auroram verò, cum & Imperator in terram egressus esset, propemodum mille eorum interfecerunt, trecentos ceperunt, nullo Romanorum occiso. *Gregoras lib. 10.*

Cæso Childerico II. Francorum rege, & Theoderico ei succedente: Eborinus, magister equitum, à Childerico monasterio inclusus, illud egreditur, contraque Theodericum castrametatus, cum per litteras clam veteres amicos consuleret, Quidam consilii capiendum viderent? Illi perplexè duobus verbis responderunt: Memineris Fredegundis. Intellexit se hosti contemptui esse: ac in celeritate positam victoriam. Cum delectissimis igitur nocte iter ingressus, Isaram fl. transiit, hostesque oppressit. *Emil. lib. 1.*

Turci Claudiopolim obsidebant. Obsessi, nisi maturè auxilia mitterentur, deditionem se facturos minabantur. Manuel Comnenus Imp. Græcorum, posttidie summa celeritate ad eos contendit, incredibili patientia vigilarum & laboris diurni nocturnique. Prope Claudiopolim ventum est, Barbari adventu ejus vexillis & splendore armorum cognito, fugæ mandarunt, illo quam longissimè periequente. *Nicetas libro 6.*

Bajazetes I. Turcorum tyrannus, solens in providendis, patiens in expectandis rerum occasionebus, in negotiis exequendis tanta celeritate utebatur, ut Hildrin, id est, cæli fulgur cognominaretur. Iis naturæ dotibus adjutus, totam serè Græciam subegit. *Jovius in vita ejus.*

Abalon, Ludensis Archiepiscopus, Canuti Danorum regis auspiciis contra numerosiss. Bogislav Sclavorum satrapæ classem missus, citius ad hostem pervenit, quam exisse crederetur. Itaque cum Bogislavus occidentales Sclavos in auxilium sibi adventantes secutè crederet, à paucis Danorum navibus tam sedè victus est, ut ex quintigenis navibus, quinque ac triginta fuga elapsis, xix. depressis, relique omnes in Danorum potestatem venerint: tandem quoque Bogislavus ipse clientelæ se Danicæ tradidit. *Saxo lib. 16.*

Adelbertus Luca Marchio, Hildebrando Comite in societate acito, occultè adversus Lambertum Imper. exercitum comparavit, scilicet ab uxore Berta, inquieti ingenii femina, regni cupiditate accensus. Lambertus autem, cum per aliquot dies assiduis venationibus intentus, Adelbertum Bardone montem cum diversis & infirmis copiis superare cognovisset: ne tempus in acciendo majoredotum exercitus teneret, strenuos centum, quos secum in armis habebat, mi-

lites sumpsit, ac properè adversus hostem duxit. Illi ex monte ad campos ad Burgum sancti Domini digressi, clibo ac potui largius indulserunt, ac quieti se tradiderunt. Lambertus Placentia silentio noctis confectus, ac rapim agmine octo alios immobiles, alios feminas, pterofque ad arma expectantes oppressit. Hildebrando fuga elapso, Adelbertus in prætopio, cum ibi fortè latitaret, est captus. Cui, cum ad se deductus esset, Lambertus dixit: Nimium Berta uxor tua divinum afflata spiritum fuit, cum se scientia sua te ipsum aut regem, aut asinum effecturam promissit; nam quia regem non potuit, asinum, ne mentiretur, effecit, dum te ad præsepe confutere compulit. *Sigon. lib. 6. regni Ital.*

Gasto Fossejus, Gallia regis Ludovici XII. exercitus contra Pontificis Julii II. copias, Bononiam obsidentes, imperator: repressis Helvetiis, quos Pontifex exciverat, nihil cunctandum ratus, ut Bononiam obsidione liberaret, nulla interposita quiete, quoniam nullam à milite vel duræ hyemis, vel difficilium itinerum, vel pristinae defatigationis excusationem petere: eò magnis itineribus contendit, tanta celeritate incitatis ad festinandum omnibus copiis, ut neque viæ militares admodum luctulente, neque inflatam, neque longissimæ noctes quicquam impedirent, quò minus tormenta aëna, non modo legionibus in cursu, sed ipsi etiam equitibus aquarentur. Accidit autem id, quo nihil ætare nostra admirabilius in re bellica fortasse contigit; ut nihil profus sententibus Hispanis, interdu, infraque acie, viginti amplius cohortes, & sex mille equites, & magnum tormentorum & carrorum numerum trahens, Bononiam sit ingressus: quum Fabricius Columna & Petrus Navarrus, vigilantissimi homines, tot sæpe equitum turmis per agrum Transrhenum emissis, nihil de ejus adventu unquam præfensissent. Etenim Fossejus nuncios omnes & literas & totam denique sui famam incredibili celeritate præcurerat. *Jovius in Leone X. libro 2.*

Solymanus Turcarum Imper. anno 1534. Taurisium regiam Persarum urbem occupavit. Inde in Mesopotamiam reversurus, magnam à Persis cladem accepit. Tammias Persarum rex, comparatis copiis Taurisium reperit, ratus hostem tum urbanis delictis hærentem, repentina irruptione oppressum iri. Sed eo elapso, statim cum omnino persequi. Ibi præcipuos atque fortissimos satraparum Delimethes se novissimum agmen adepturum promissit, si expeditorum & electorum ab se equitum turba pars tribueretur. Erat is à Caramania oriundus, iter pugnacissimos tantam virum & animi magnitudinem in præliis ostendere solitus, ut non temerè infans ab iniustata temeritate Delis vocaretur; quod nomen hodie apud Turcas strenuissimis & viæ contemptoribus imponitur: Nec mora, tenuit ille confestim nota indigenis viarum compendia, incredibili festinantia celeritate adhibita. Quom non plus unius diei itinere ab hostibus abesset, certior factus, Turcas ad Bethlim juxta radices Tauri montis festos itinere, timoreque omni vacuos, confidere: deligit obscurissimum noctem, multaque etiam pluvia impeditam, hostes aditur; eisdem Bethlim arcis mœnibus, ut & ille signo accepto ab arce descendens, diversam in hostium castra impetum faceret. Tanta autem fuit atque adeò felix temeritas Delimethis, ut ipso ingruente consopiti & nihil tale timentes Turcæ undique opprimerentur, ingenisque eorum caedes ferret, & ipsis penè Bassis ad interitendos & concidendos equos spatium eriperetur, nec in tenebris summiq; periculi tumultu prætorians pedites scopulos expediret, & curulla tormenta caperentur. Ferunt, nulquam Turcis majus incommodum, vel cruentissima acie fuisse illatum: quandoquidem amissis tormentis atque tentoriis, omnibusque spoliatis castrensis vasis & impedimentis, supra dimidium partem equorum amiserunt. Incidit ea clades Turcis ad tertium Idus Octobris, qui dies ingenti Persarum omnium letitia celebratus est, quum Delimethes onustus spoliis, & cruentam clavam, qua e nocte macandis hostibus plurimum usus fuerat, elata dextra ostentans, ad Tammiasium rediisset. *Jovius lib. 3. Hist.*

Tanta fuit in Cæsariano milite duceque Borbonio ad occupandam Romam celeritas, in superandis præliis fluminibus, conficendoque itinere, vel per imbres maxime luctulente, ut aliquanto citius quam opinione hominum expectari possent, ad mœnia Vaticana pervenerint. *Jovius in Pomp. Columna.*

A Cl. Goussus, rigente hyeme, educto exercitu, ea specie, quasi ad Fanum Quintini paulò ante à Philippo Caroli Cæsaris F. captum recuperandum tenderet: de improvolo conversis itineribus, Calcutum versus iter arripuit. Acceptor enim per exploratores, non satis firmo præsidio Calcutum ab Anglis teneri. Quamobrem observata æstus maris preciprocatione, terra marique oppugnationem aggressus, oppidum munitissimum, & per ducentos annos ab Anglis possessum & defensum, cepit ac diripuit, anno à Christo nato m. d. lxx. s. Non. Januarii. *Sab. supplem. lib. 29.*

MORA HOSTEM ATTERERE,

FRANGERE.

IPHICRATES, si contra tyrones & inexercitatos aciem instrueret, habens exercitatos milites, non continuò pugnam faciebat, sed stando tempus consumens, hostes lassabat, minus ad laborem affertus: atque tum demum impetum faciebat. Sin cum præexercitatos conficitus esset, habens tyrones, statim pugnam inibat, & primum suorum impetum tempestivè adhibebat. *Polyænus lib. 3.*

PHILIPPUS ad Charoneam, memor sibi esse militem longo viù duratum, Atheniensibus aciem quidem, sed inexercitatum, & impetum tantum violentum, ex industria prælium traxit: moxque languentibus jam Atheniensibus, concitatus innotuit signa, & ipsos cecidit. *Front. lib. 2. c. 1.*

Q. Fab. Maximus non ignarus Gallios & Samnitos primo impetu prævalere, suorum autem infatigabiles spiritus inter moras decedendi etiam incallescere: impetavit militibus, ut contenti essent primo congressu sustinere, ut hostem mora fatigaret. Quod ubi successit, admoto etiam subsidio fuit, in prima acie universis viribus oppressum fudit hostem. *Ibid.*

L. LUCULLUS mora Mithridatem, Ponti Regem, attrivit. *Plut. in Lucullo.*

FRIDERICUS Aragon & Siciliæ R. cum in singula momenta expectaret, ut Robertus Neapolitanus Rex hostis Siciliam descenderet, neque plus exploratum haberet, quo in loco defensionem esse facturus, quam utram viribus ei par esse posset: Drepanitanos quiddam civis coegit, clam nuncios obsidique ad Robertum mittendos, hortantes eum, ut Drepanum primò descendere vellet, affirmantes, si ea positus esse urbe, nullo eam labore insula tota positurum. Quibus cum Robertus crederet, & diu eum verbis Drepanitanis transisset, quia urbs natura manique munita erat, & præterea præsidium in ea validum Fridericus impulerat: quanquam invivus imminente hyeme Robertus pacem inire cum Friderico coactus est, atque obsides reddere: quia amissa aritate, nihil erat, quod per hyemem illis sperare posset. *Fulg. lib. 7. c. 2.*

Petrus Tarraconensis Rex, Siciliæ regnum occupavit. Carolus Andegavensis ad illum recuperandum ingentes adduxerat copias. Quibus cum se imparem esse videret Petrus, astu procellam procul avertit: & quamvis gravis esset arate, Carolus, magno & ipsium natu, ad certamen per caduceatorem provocavit: Si Vir, si Dux, si Rex esset, congregaretur: immenent malorum pat esse Siciliam præstari: ut ea salva, florens, incoluntis, victorem sequeretur: neu eveteretur, de cuius integre possessione ageretur. Id verò mirum in modum auditu jucundum Franco accidit. Placuit, ut equitibus uterque centenis inter se decerneretur: utri aq; Deus victoriam daret, ejus dies de qua agitur, premium esset. De his conditionibus nulla controversia orta: de loco ambigitur, ubi dimicetur. In Siciliam, que tota præliis classibulque Tarraconensibus teneretur, non committent se centum equites Franci, Rexque Carolus. Petrus Italiam continentem sibi meriò suspectam dicit, quòd in ea propè tota non minus valet Carolus, quam in ea parte Franciæ, que nullum agnoscit Imperium Regemve, nisi Francum. Anglum utique neutri contra alterum asfuturum: Burdegalam in Valonia ejus Imperio contineri: illic decerni sine metu campis ante urbem eum patentibus posse. Die certaminis constituta, Carolus cum ala centenaria præsto affuit: Burdegale sese fuoque in armis ostendit, Petrus nullus comparuit, nullus Tarraconensis sese ostendit. Consecutus erat id quod animo propulerat: præsentem tempestatem devitavit: averterat Francorum vires ab ipso frecto, à vestibulo propè ingressuque ac limine Siciliæ. Dimissis semel exercitus, non facile rursus coegit: nunquam idem impetus adorque renascetur. Francus ad feram utque noctem loco confitatur in armis stetit. Sunt qui scribant, Petrum ut ignavia perjurique notam effugeret, quia juraverat, se venturum, privati homi-

nis cultu, non omnino comite per dispositos equos Prætoriam E adivisse, seque illi confestim, ac excitatione detracti certaminis ea usum, quòd Francus Rex cum exercitu iusto appropinquare diceretur: nec sibi æqua conditione centum equitibus adversus omnes Francorum copias certamen futurum, propioraque Carolo Francorum auxilia, quam sibi Tarraconensium: parique celeritate Tarraconem rediisse: cum id quod præterea capavetat, se abente, ejus Præfecti in Italia res gestissent. *Emil. lib. 7.*

TEMPUS PUGNÆ OPPORTUNUM

ELIGERE, quòd hosti sit opportunum.

Consule infra Tit. Securitatem hosti injicere, mulatione abitus, quietis, itoci, &c. quare omnes actiones omnes in tempore sumit.

THEBANI, duce Epanimonda, cum ad urbem Spartam accessissent: Spartanos vel in acie pugnam facere hortabantur, vel confiteri, se inferiores esse hostibus. Spartani responsum dederunt, se de summa rerum bello decernere vellet, cum tempus opportunum nacti fuissent: Hostes ergo vastata Laconia, collectaque spoliorem innumerabili copia, reversi sunt in Arcadiam. *Diod. lib. 15.*

ROMANI, si ipsi bellum inferrent, pugnae diem eligere poterant factum aliquem. At cum exciperent, nullus obstabat dies, quo minus vel salutem suam, vel publicam defendere dignitatem. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 16. 9. Gellius lib. 5. c. 17.*

BOBORIX, Cimbrotrum Rex, cum paucis ad castra provectus, accessit C. Marius, ut die & loco præfinito prodiret, & de solo dimicaret. Cum Marius respondisset, non esse moris Romani, ut pugna committenda mutaretur ab hostibus consilium, id Cimbris tamen se largiturum: diem statuerunt ab illo tertium, locum & campum apud Vercellas: qui Romano equitatu opportunus erat, atque ad illorum explicandam multitudinem accommodatus. Præstitutam diem obierunt, acieque insectas utrinque instruxerunt. *Plut. in Mario.*

ARTOVISTUS, Germanorum Rex, cum magna manu in Galliam irrueret. Germanos vaticinia percellabant fatilloguarum mulierum, que omnium vorticibus inspectis, rivorumque gyris & strepitibus notatis, futura præcinebant. Hæc signa conferre ante, quam illuxisset nova luna, verabant. Quibus nunciatis, C. Jul. Cæsar cum quiescere cerneret Germanos, optimum factu ratus est, ut cum torpentibus potius confingeret, quam illorum expectans tempora, desideret. Itaque munimentis eorum & tumulis oppugnatis, quibus confederant, accessit ritavitque eos, ut cum furore ad dimicandum descenderent. Fufos ingenti strage per triginta milia quingentos passus usque ad Rhenum infectus, campum cadaveribus & spoliis totum complevit. Artovistus percipia fuga, Rhenum cum paucis trajecit. Cecidisse dicuntur octoginta milia. *Plut. in Cæsare.*

HOSTES IMPARATOS AGGREDI.

Ex Tit. Securitatem hosti injicere, huc non pauca exemplatransferri possunt infra.

DORMIENTES, CORPORA CURANTES,

CONVIVANTES.

RHESUS haud alienus à Priami amicitia, pacta mercede, cum magnis Thracum copiis adventabat. Is incidente jam vespere paulisper moratus apud Oeninsulam, que ante postam civitatem continenti ejus adjungitur: secundam circiter vigilam ingressus Trojanos campos, explicitisque tentoriis, ibidem operiebat. Quod ubi Diomedes atque Ulysses, vigilias in ea parte curantes, procul animadvertentes, rati, Trojanos à Priamo exploratum missos, arreptis armis, mox presso gradu circumspicientes omnia, pergunt ad eum locum. Tum fatigatis exitinere custodibus, & ob id somno pressis, illi interitus progrediunt, in ipsis tentoriis regem interfecerunt. Deïn nihil ultra audendum rati, currum ejus & cum egressis insignibus equos ad naves duxerunt. *Dionys.*

Erythrai Miletorum socii, bello, quod Neære causa Milesi contra Naxios gessere, prætorum habebant Diogenem. Is cum arcem que ejus fidei concedita erat, oppostam Naxiorum oppido teneret, natura & opere munitam, magnam prædā abegerat à Naxiis, feminaque ingenus & puellas ceperat.